Wiener Stadt-Bibliothek.
6497 B

JA°23113

BANDINI VIRI

DOCTISSIMI SENTENTIARVM THEOLOGICA/
rum libri quattuor quamdiligentissime castigati, Per
Reuerendum in Christo patrem, Dominum
Benedictum Chelidoniũ Abbatem ad
Scottos Viennæ Vatem ex/
cellentissimũ, an
tea nunq̃ im/
pres/
si.

LIBER LOQVITVR.

Si non magnificos titulos nomenq; superbum
Perfero, nec fastis pellibus intumeo,
Non ride ex alto me censor protinus audax,
Non minus iccirco ponderis intus adest
Sacra fero, sacra cuncta fero quæ continet æther
Quæq; sacer Christi sacra minister habet.

Lodouicus Restio Vordinganus F.

J.N. 23113

INVictissimo atq; Magnanimo Imperatori Maximiliano Cæsari Augusto, Benedictus Chelidonius Abbas Viennæ ad Scotos obsecundator indefessus felicitatem optat.

REbus publicis ut saluæ consistere possint sapientiæ dedi/tos oportere præesse Platonis est sententia, Maximilia/ne, Cæsar piissime. Quod q̃ uerum sit & q̃ utile, ut græcas omittamus & latinas, Barbaroq; quoq; indicant historiæ. Sapiens autem animus qui dux atq; imperator uitæ mortaliũ est, is mihi demũ uidetur si religiosus est, Inde fit ut sapientia quã Græci Phi/losophiã uocant, quæ Seneca teste format animũ, uitamq; dispo/nit, & actionũ nostrarum rectrix, agenda & omittenda demonstrat, cũ sit nõ modo humanarum, uerũ etiã diuinarum rerum cognitio, indissolubilem cũ religione germanitatem habeat. Ea quisquis im butus est, recte uiuit, agitq; feliciter. Huic fortuna omnis despicit, cœlumq; ipsum militat, Cui si rerum summã gerendã deferas, pul/cherrimũ cernere est imperiũ. Quod prisci Romani non nescientes imperiale fastigium pontifica dignitate frequenter adcumularunt. Eaq; Augusta Maiestas sacra quoq;, in hunc usq; diem dicitur. Qua quidem sanctitudinis respectiõe ueteres, apud quos, præter ea quæ publice administrabant, contra hostem quoq; nihil inauspicato fe/liciter, ut eoq; ferebat opinio/gerebatur, tantum Romanã Remp. creuisse autumabãt, quantam fuisse nouimus. Quoq; nihilominus nõ sacra, imo execranda erat religio, stultaq; sapientia, & propha/na superstitio. Nos itaq; qui non Ethnica, sed orthodoxa pietate sumus instituti, & nõ Martem, sed Christum fortunis nostris inuo/camus, cum ea tuis euenisse constet temporibus, quæ nullis priori/bus uisa sunt sæculis, & omnis admirabit posteritas, utpote publi/cis cõmoditatibus præsentissima, & prope nisi oculis cernerentur incredibilia, cur non tuis quoq; sacratissimis adscribẽda sunt auspi ciis. Transeo noua quæ hostes tui pluries experti sunt, disciplinæ militaris instituta, quibus tibi ab adolescentia in senectutẽ usq; con tumax eoq; semper est debellata supbia, ut infiniti tui testantur tri/umphi. Quos Ioãnes Stabius Maiestatis tuæ Historicus ea in gran dem qnẽ triumphalem nuncupat/arcũ collegit. Cuius nos cõmen/tariũ ex Germano in Latinũ iussu tuo uertimus. Taceo nouas atq; stupendas quarũ tonitru fulmineq;, uel Alpes contremiscãt & cor/ruant, & quibus ualeat obsistere nihil, per te diuina in omnibus præ ditum industria, inuentas ad prælia machinas. Pacis interea, cuius

gratia bella omnia tibi sunt suscepta, quantũ fuerit studiũ inde potest colligi, qꝫ tantos reges, totqꝫ in tua fœdera tuasqꝫ affinitates magno ingenii tui artificio principes, & præcipue nuper Viennæ p duxisti. Tot etenim summates purpuratos atqꝫ torquatos, ex toto orbe Romano abs te accitos tunc eo confluxisse conspeximus, qd̃ nusq̃ ulla cõmemorat ætas cõuenisse. Quẽ præclarissimũ æternaqꝫ memoria celebrandũ conuentũ duobus libris, uersibus heroicis perscripsimus, inqꝫ sacratissimas tuas manus obtulimus. Hæc inquam taceo, atqꝫ consulto quidẽ, quod nõ modo meas uires, immo & sese ipsa superent. Propter quæ etiã, in te Vergilianũ illud, quo principem optimũ idem Poeta complexus est / cõpleri uideo.

Tu regere imperio populos Romane memento
Hæ tibi erunt artes, paciqꝫ imponere morem,
Parcere subiectis & debellare superbos.

Ad unũ quod principũ ab origine mũdi omniũ fata superet ueniã. Nouimus Bacchũ & Herculẽ remotissimas in sua imperia coegisse gentes. Pompeiũ item atqꝫ Iulium multosqꝫ Romanorũ principum alios, nationes deuicisse q̃ plurimas, at nobis haud incognitas tamen, latinoqꝫ adiecisse imperio. Te autẽ ferme nascente, atqꝫ subinde parẽte tuo fortissimo imperatore, posteaqꝫ te fortissime imperante, alius nobis terrarũ orbis, aliæqꝫ nullis antea sæculis cognitæ, ac ne somniatæ quidem gentes, Hispanis, & unde tibi maternũ genus est Lusitanis p̃cipue nauali ac ꝓpe insana (si dicere licet) indagatione tropicos ambos, & extremũ qui Antipodũ est pelagum superantibus Christiano accessere imperio. Quibus etiam temporibus nouũ quoddã Palladi uel ipsi, ut opinor, eo usqꝫ ignotum scribendi genus quod Calcographiã uocamus in lucẽ prodiit. Cuius occasione præclarissima illa nunc late proueniunt ingenia, crescunt litteræ, & ad Philadelphicã quoqꝫ æmulationẽ complent̃ passim bibliothecæ. Quæ singula pluraqꝫ multo alia tuo fato, tuisqꝫ iure auspiciis adscribenda, qui digne memorare uelit, æstiuum diem, centumqꝫ linguas & ferream quærat uocem. Non minus tui generis quod antiquissimũ est, & a Chamo descẽdere legimus, amplissimã claritudinem, in nepotes usqꝫ tuos, quibus nunc mundus uniuersus nil preciosius habet, & stemmata qui regia, carptim dumtaxat dicere tentet, nõ tantum de exordio quantum de inueniendo fine sollicitus sit. Inqꝫ auxilium uocet Calliopen, & ipsum quem nihil historiarum latet Apollinẽ suasqꝫ nihilominus incassum nitentes rideat uires. Omittamus tuæ stirpis reliquos maximis ubiqꝫ lau/

dibus decantatos. Carolum ſpecimen tibi ſimillimũ, Tyrannorum fulmen, & occidentis nunc, moxq; te ſatagente orientis Regẽ quẽ catholicum uocare iuſtũ eſt, potentiſsimũ gloriæ tuæ permaximũ quis mortaliũ eſse neſciat incrementũ? quis dignis proſequat̃ laudibus? Quo Ferdinandus natu minor, par indole, natus & idem in ſceptra, germano q̃ digniſsimus noſcit̃, Tuarũ uterq; uirtutũ egregius æmulator, Chriſtianis oĩbus, alter quã de ſe optimã præbet, ſpe, alter etiã re ipſa, immenſum ſuſcitat gaudiũ. Ob eas itaq; plurimasq; alias, maximasq; tibi utpote ſingulariter diuo principi cœlitus conceſsas gloriæ dotes, & inprimis ob religionis Chriſtianæ, quem ſedulo iuuas ac fortiſsime defendis cultum, Bandinus noſter Medlici pridem inter alia quæ ibidẽ q̃ plurima ſunt, uetuſtiſsima inuentus uolumina, & a. D. Sigiſmundo uiro moribus egregiis & ſtudiis optimis adprime ornatiſsimo, artiũq; quas liberales appellamus magiſtro, eiuſdem Monaſterii Abbate peruigili, productus in lucem, ſeſe ad manũ me ducente lætiſsimus offert, tuisq; q̃ longæuo carcere tandem ſit liberatus felicibus adſcribit auſpiciis. Felicibus inquã, quippe cui iuſte pieq; uiuere, ex conſuetudine puero aſſumpta, in naturam uerſum eſt. Quo nũc nemo fortior prudentior, q;, nemo cautior, integrior & ſanctior, nemo in uictos clementior, & literarum quas optime calles inuenitur amantior. Illum ſacratiſsime Cæſar fauore tuo dignare, paruũ quidem pondere, ſed religionis noſtræ ſanctis refertum dogmatis. Vnde, ut mea multorumq; alio⸗ nõ imperito⸗ fert opinio Petrus ille Longobardus grande ſuũ atq; quadripartitum uolumen propagaſse uidetur. Similiter & nos, quibus tanto obſecundare principi decus exiſtimatur pulcherrimũ, tantoq; te frui Patrono tutiſsimũ ducit̃ præſidium, tue Maieſtatis obſecutores paratiſsimos, tuo⸗ quos optimos ſemper habes in clientum numero conſcribi dignare.

REVEREndo Patri ac domino. D. Sigismundo Abbati in Medlico, uiro & literis & religione ornatissimo per/grata sibi familiaritate deuincto, plurimumq; ob/seruando. F. Benedictus Chelidonius Vien/næ ad Scotos Abbas. S. D.

DE litteraria disceptatione, quæ nuper Viennæ inter. D. Iohannem Eckiũ sacræ theologiæ Doctorem, facultatisq; eiusdem Doctores Viennẽses, maxima in litteratorũ frequẽtia facta est, dum inter prandendũ nuper abs te Sigismũde Abba dignissime, nõnullisq; aliis bonarum litterarũ ꝓfessoribus more tibi solito cõferreẽ, ipseq; ut sępissime alias ꝑm priscã q̃ mihi tua cũ paternitate iampridem fuerat consuetudinẽ inuitatus considerẽ, per D. Eckii mentionẽ, ad bibliothecæ tuæ, quã nouã construxisti, per/uetustis manuq; scriptis codicibus plenam/digressi sumus memo/riã. Quorũ ex numero. P. tua reuerenda librũ quendã æui plænũ, cui titulus erat (Liber sententiarũ Magistri Bandini) paucos ante dies inditio. D. Eckii repertum, protulit. Quẽ cum publicatu dignum, una cuncti sententia iudicassemus, abs te Pater optime, q̃ domestiis tunc curis omnino fores obnoxius, eiusdẽ reuidendi, & quo maxime indigebat, castigandi prouincia mihi tunc forte minus negotioso demandata est. Quam ego, utpote. P. tuæ multa pro beneuolentia, multisq; pro beneficiis plurimum debens, audacia magis q̃ fretus peritia, assumpto mecũ in eam operã Martino Milio regulari canonico, & nostri monasterii tunc Plebano uiro in omnẽ rem literariã abunde expedito, promptus obii, & eo quo Petrus Longobardus modo, quantũ licuit distinxi, & a mendis, quibus plenior q̃ Leopardus maculis erat/ uindicaui, Authoritatũ deniq; loca plæraq; adnotaui. Inter legendũ igitur comperi certissime Petrũ eundem, suis in quatuor libris, nostro per ordinẽ usum Bãdino. Petrus nanq; in suo qui de sacramentis est quarto libro, de Confirmatiõe quanq̃ parum, nõnihil tamẽ disputat. Quem si Bandinus (ut a nonnullis putatum est) abbreuiasset, de sacramento eodem, utpote re ad propositum necessaria, nõ omnino, quẽadmodũ fecit tacuisset. Sententiæ nostræ. D. Eckius in libro de sua Viennæ habita disputatione, adstipulari uidetur, cuius uerba inferius subiungã. Simile de Gratiano quoq; (ut ueritatem exemplo adstruã) amborũ tamẽ salua reuerentia, nuper comperi. Nam Ioannes Hessus Reuerendissimi Præsulis Vratislauiensis, & Caroli ducis Silesiæ familiaris gra/

tissimus, uirq; doctissimus, conterraneus meus, ex Georgio quo/dam de Spalato æque doctissimo Saxoniæ ducis a secretis sese au/diuisse mihi asserebat Librũ Isidori Hyspalensis, synodales consti tutiones & patrum sententias continentẽ, in monasterio quodam Turingiæ, quod uallis sancti Georgii uocatur, teneri. Vnde Grati anus ille quisquis fuit maximã partẽ in suũ decretum congesserit. Bandinus cuias, & fortunæ cuiius, homo fuerit, cũ diu multũq; in hi storiis quoq; doctissimoꝝ uiroꝝ Georgii Collimitii Medicinæ at/q; Astronomiæ Doct. Sebastianiq; Vunderlii. LL. Licentiati, Ma/gistrorũq; Ambrosii Salzer, Andreæq; de Mergetem, nec nõ Ioan/nis Eckii per epistolã, usu inuestigassem, de uiro longæua gloria digno nihil deprehendimus. Et nisi hoc ingenii sui monumentum post se reliquisset, omnino forsan æterna sepultus obliuione late/ret. Volumine itaq;, quandoquidẽ de authore nihil certi habemus, contenti simus. Quod modo Calcographis subiacet, in lucẽ (ut iuf sisti) q̃ ociissime proditurum. Vale Abba litterarũ amator no/tissime. Datũ Viennæ ad Scotos prima die Iulii. 1518.

D. Ioannes Eckius sacræ Theologiæ Doctor clarissimus in suo libro quẽ de sua disputatione Viennę habita edidit, de Magistro Bandino quid sentiat, Le ctor aduerte. Cuius hæc sunt uerba.

AD Medlicum uenimus/insigne Diui Benedicti monasteri/um/ubi dum in hospitio itineris comites, corpora & equos curarent, ego pro meo in bonas litteras amore, monasteri um conscendi, supellectilem chartaceã uisurus. Vbi codices reperi plurimos. At imprimis mirifice oblectabar in Magistri Bãdini sum ma theologica. Quã dum diligentius lectitassem, comperi (dem/pta stili elegantia) nihil eum, aut per parum a Petro Longobardo Sententiarũ magistro differre, ita singulas Sententias/eo etiam or dine, quo Magister doctissime prosequitur. Contuli enim confe/stim librum libro, nõ uno in loco. Vt mihi dubitatio suborta sit nõ modica, quis ex eis cuculus fuerit, alienũ sibi supponẽs partum. Pe/trus em̃ a tot seculis receptus est pro certo authore & primario hu ius summæ. At contra, peruetustus est Bandini codex, in antiquissi mo monasterio, tali formula concinnatus, ut quis facilius aliquid ad/diderit q̃ detraxerit. Hæc Eckius.

Martini Mylhii Carmen Extemporarium.

Contulit hoc ſolers rebus Natura beatis,
Abdita ſint, multo & parta ſudore ualent,
Hoc facile inuenies Onycham ſi pendis & aurum
At mage diuinum numen adire uolens,
Hinc modo conſurgit lucem uiſurus & auram
Bandinus magni Cæſaris auſpicio,
Aurea qui defert breuiori dogmata curſu,
Aethereasq; docet gnauiter ire uias,
Quæ nimis obſunt.
μὴ δὲν ἄγαν.

Huldrichi Fabri Rheti Tetraſtichon in Bandini laudes.

Suſcipe Nectareum θεοφὶν præbentia potum,
Heus bone quiſquis ades ſcripta, legasq; precor.
Hic θεοδίδακτος noſter Bandinus in alta
Mente uolat, rimans ſydera magna poli.

Distinctio Prima.

CIRCA res diuinas, studiosis cōpendiū aliquod in eadē re, cœlesti fauore, tradere cupiētes, admonemur q̄ primū duo esse/ in q̄bus pręcipue doctrina dei uersat, Res scilicet & signa (ut Augustinus ait.) Oīs doctrina uel rerum est/uel signorꝝ. Dicunt aūt res, quę ad aliquid significandū nō adhibent.. Signa uero quorꝝ usus in significādo est/uelut utriusq̄ legis sacramēta. De his duobus Deo scientiarꝝ ferēte opem agere instituimus. Ac primū de re, Augustinus ait, Rerū. Aliæ sunt quibus fruendū est. Alię q̄bus utendum est. Aliæ quæ fruunt, & utuntur. Deniq̄ quibus fruendū est/beatificamur. Illæ aūt sūt/Pater, & filius/& spūs/sanctus. Eadē tamē trinitas, quædā summa res est. Est aūt frui/amore inherere alicui rei ꝓpter seipsam, Qd' trinitati dumtaxat cōuenire dinoscit. Res uero quibus utendū est. Sūt quibus adminiculamur, ut rebus beatificātibus inhereamus. Quæ sunt mūdus, & in eo creata, quibus utendū est, ut in eo inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciant. i. ut de tēporalibus æterna capiant. Est enim uti: id quod in usum uenerit/referre ad hoc obtinendū quo fruendum est. Deniq̄ res/quæ fruuntur & utuntur, sancti angeli sunt, & nos quasi inter utrasq̄ medii constituti.

De doctrina christiana l. 1. ca. 2.

L. 1. de doct. christia. c. 3.

Quid sit frui

Quibus fruendum.

Quibus utē dum.

Quid sit uti.

¶ Vtrum hominibus sit inuicem fruendum.

¶ Sed quærit utrū homines se inuicē frui debēt? Ad quod Augustinus ita respōdet. Si ꝓpter se homo diligēdus est, fruimur eo, si ꝓpter aliud, utimur eo. Ideo aūt uidet homo ꝓpter se diligēdus, quia in eo quod ꝓpter se diligit, quo solo fruimur, uita beata constituit. Cuius etiā spes hoc tpe nos consolat. In hoīe aūt spes ponēda nō est. Ergo homine fruendū non est, nec seipso etiā. ¶ Sed obiicit, q̄ apl'us ad Romanos ait. Si uobis primū ex parte fruitus fuero, sane subaudiē/dum est in dño. Vt idē ad Philemonē dicit. Ita frater, te fruar in dño. Deniq̄ cū hoīe in deo frueris, deo potius q̄ hoīe frueris, ut Aug. ait.

De doctri. Christiana

Obiectio.

Solutio.

Li. 1. de doc. christ. ca. 33.

¶ Vtrum Deus fruatur nobis.

¶ Item quærit, utrum deus fruat nobis. Quod negat Augustinus. Quia bono nostro nō eget. Ait em ꝓpheta. Bonorꝝ meorꝝ nō eges. Nō em fruit nobis/sed utitur, Alioqui/si nec etiā utit, quo modo nos diligat non inuenio. Nos quoq̄ inuicē nobis utimur, sed aliter & aliter. Ille em utitur nobis/miserendo/ut se perfruamur. Nos uero inui/

De doctrīa Christi. li. 1. ca. 31.

cem utimur cooperando ut illo perfruamur.

¶ Vtrum uirtutibus sit fruendum.

¶ Nec etiã uirtutibus fruendũ est. Quia quo fruimur ꝓpter se tantũ (ut dictũ est) amamus. Virtutes autẽ ꝓpter beatitudinẽ, nõ ꝓpter se amamus. Vnde Augustin⁹. Virtutes forte quas ꝓpter solã btitudinẽ amamus, sic ꝑsuadere nobis audent, ut ipsam beatitudinẽ nõ amem⁹. Quod si faciũt, etiã ipsas utiq; amare desistimus, quãdo illã, propter quã solã istas amauimus/nõ amam⁹. At huic obiicit quod ait Ambrosius in epla ad Galathas. Hæc scilicet opera nõ nominat aplus uirtutes, sed fructus, q; ꝓpter se petenda sunt. Quod si est. Ergo ꝓpter se amãda sunt, nõ propter solã beatitudinẽ. ☞ Porro sciendũ est, Virtutes nõ ꝓpter se esse amãdas, q; possessores suos/pie ac sancte delectãt, nec in aliquo cõtristant. Verũ q; ꝑ eas, sicut quibusdã amminiculis/ulterius ꝓcedendũ est/appetẽdo quiddã/in quo solo cõsecuto, finis gaudii & delectatiõis, qd' est beatũ esse, proponat. Hoc esse aũt est summũ bonũ, & incõmutabile bonũ, deus trinitas. Ac per hoc uirtutes ꝓpter solã beatitudinẽ amãdas, dictũ est. Vtendũ ergo uirtutibus est/& per eas, non eis, summo bono est fruendũ. Sic de uolũtate cũctisq; potẽtiis animæ dicimus. Ita est distinctio rerũ ut ꝑtaxatũ est. Primũ igitur, ipso de quo loquimur adiuuãte, de illis quibus fruendum est agamus, scilicet de sancta atq; indiuidua trinitate.

De trini. lib. 13. ca. 8.

Oppositio

Solutio.

Distinctio Secunda.

¶ De fide Trinitatis.

Hoc itaq; uera ac pia fide tenendũ est (ut Augustinus ait) Qd' trinitas est unus/& solus uerus deus/scilicet pater/& filius/& spũssanctus. Hæc trinitas unius, eiusdẽq; substãtiæ uel essentię dicit credit/intelligit/quæ summũ bonũ est. De hac excellẽtissima re agamus cũ modestia & timore attẽtissimis etiã auribus, atq; deuotis audiamus. Quia nec periculosius alicubi errat, nec laboriosius aliquid quærit, nec fructuosius aliqd inuenit. Quisq; deniq; in hac re studeat Augustinũ imitari de seipso dicentem. Non pigebis me sicubi hesito querere, nec pigebis sicubi erro discere.

Li. 1. de tri. ca. 2.

De tri. lib. 1.

¶ Quæ fuerit intentio scribentiũ de Trinitate.

¶ Inde sciendũ est. Omnes in hac re catholicos tractatores intẽdisse docere secundũ scripturas, quod pater & filius & spũssanctus unius substãtiæ sint, & in separabili æqualitate unus deus. Vt doceat unitas esse in essentia, & pluralitas in psonis. Ideoq; nõ credant plures esse dii, sed unus deus. Teneamus igit patrẽ & filiũ & spũsctũ (ut Augu. ait) unũ esse naturaliter deũ, nec tũ ipsum patrẽ esse/q filius est/

Augu. li. de trini. ca. 4.

De fide ad Petrũ ca. 1.

nec filiũ ipm esse q pater est, nec spm sctm ipm esse q pr est aut filius.

¶ Quo ordine sit de Trinitate agendũ.

¶ Præterea (ut Augustinus ait.) Hoc modo in hac re agendũ est, ut primũ per scripturas, si fides se ita habeat monstret. Deide aduersus garrulos/ratõibus catholicis/cõgruisq; similitudinibus pro asserẽda fide defendendaq; eatur ut eorũ scrutiniis satis faciendo. Modestos plenius instruamus. Illi aũt si quod q̃runt, inuenire nequeũt, de se ipsis potius q̃ de ipa ueritate, ac nra diffinitiõe uel disertiõe cõqueranẽ. De trini. li. 1 ca. 2.

¶ Testimonia ueteris testamẽti de diuina vnitate ac trinitate.

¶ In mediũ itaq; ueteris ac noui testamẽti auctoritates pferamus, quibus unitatis ac trinitatis ueritas demonstret. Ac primũ ipsa legis occurrant exordia. Moyses ergo ait. Audi israel/dns deus tuus, deus unus est. Item. Ego sum dns deus tuus qui eduxi te de terra ægypti. Ecce hic asserit unitas diuinæ naturæ. Deus enim & dns (ut ait Ambrosius) noia sunt naturę & potestatis. Item alibi. Ego sum qui sum, & qui est misit me ad uos. Dicẽs/ego sum, nõ nos sumus, & q est, nõ qui sumus, aptissime unitatẽ diuinæ substãtię declarat. Personarũ quoq; pluralitatẽ & naturæ unitatem simul dominus ostẽdit dicẽs. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Cũ em (ut August. ait) dicit: faciamus/ & nostrã, ostẽdit eundẽ deũ nõ unã, sed plures esse psonas. Dicens uero ad imaginẽ: unã ostẽdit esse naturã, ad cuius imaginẽ fieret hõ. Item cum scriptũ sit. In principio creauit deus cœlũ & terrã. Sciendũ est quod Hebraica ueritas habet Heloym, ubi deus scribit. quod est plurale huius singularis hel, & interpretat dii uel iudices. Quod ergo heloym/nõ hel/dixit Moyses/ psonarũ pluralitatẽ indicauit. Ad quã etiã illud refertur. Eritis sicut dii, pro quo hebræus rursus habet heloym/ quasi dicat. Eritis sicut diuinæ personæ. Deniq; maximus pphetarũ Dauid, sup senes intelligẽs naturæ diuinæ unitatẽ testatur/ubi ait. Dns nomẽ est illi, nõ domini. Distinctionẽ quoq; personarũ insinuat dicẽs. Verbo dni cœli firmati sunt. Bndicat nos deus/deus noster/benedicat nos deus, & metuãt eum oẽs fines terrę. Trina enim cõfessio dei, trinitatẽ expmit personarũ, dum uero subiũgit/eũ/essentiæ aperit unitatẽ. Item Esaias dicit. Seraphin clamare, sanctus s.s. dominus deus. Ter autẽ dicẽdo sanctus: trinitatẽ, dominus deus subiiciendo/unitatem aperte distinguit.

Deut. 6. Exodi. 20. Lib. 1 de tri. Exodi. 3. Genesis. 1. Genesis. 1. Genesis. 3. ps. 118. ps. 32. ps. 66. Esaiæ. 6.

¶ Testimonia de duabus personis.

¶ Cæterũ Dauid ex psona filii/diuinã generationẽ ostẽdit/ibi. Dixit dns ad me, filius meus es tu, ego h.g.te. De hac Esaias ait. Generationẽ eius quis enarrabit? De hac generatiõe Clemens in prima epla

ps. 2. Esa. 53.

ſua/Iacobo Epo ſcribit dicens. Hanc ſecretã originẽ, cũ ꝓprio filio, nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec a nobis deus diſcutiẽdus eſt, ſed credẽdus, qui in nobis ipſis neſcimus, quod ſapimus, ſcilicet quomodo ſapiẽtia/ingeniũ/aut intellectus/conſiliũ/aut mens noſtra generet uerbũ, Sufficit ergo noſſe, quia lux genuit ſplendorẽ, ſicut ait ꝓphe
Pſal. 109. ta. In ſplẽdoribus ſanctoꝝ ex utero ante Luciferũ genui te. Et alibi.
Pſal. 109. Hic deus noſter & nõ reputabit alter ad eũ. In ſapiẽtia quoq; de ipſa
Eccli. 24. dicit. Anteq; terra fieret ego iam cõcepta eram. Nec dũ fontes mõtes
Eccli. 24. aut colles & ego parturiebar. Item. Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturã. Ecce aperte de æterna genitura teſtimonia. Micheas uero utriuſq; generatõis uerbi, tꝑalis ſcilicet & ęternæ
Michæ. 5. teſtimoniũ dicit ſic. Et tu Bethleem effrata paruulus es in milibus iuda, ex te egrediet qui ſit dominator in iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.

¶ Teſtimonia de ſpiritu ſancto.

Geneſis. 1. ¶ De ſpiritu ſctõ etiã ſpecialiter ſcriptura ita teſtat in Geneſi. Spi-
Pſal. 138. ritus dñi ferebat ſup aquas. Et Dauid. Quo ibo a ſpũ tuo? Et in ſapia
Sapiẽtiæ. 1. Spũſſctũs diſciplinæ effugiet fictũ. Et Eſaias. Spũs dñi ſup me. &c.
Eſaiæ. 61.

¶ Teſtimonia noui teſtamẽti.

¶ Vt aũt in medio duum animaliũ ueritas cognoſcat, & forcipe ſu-
Abacuc. 3. matur de altari calculus, quo ora fideliũ tangant, etiã noui teſtamẽti de diuina trinitate, ac unitate teſtimonia ponam⁹. Magiſter itaq; ue-
Math. ultio ritatis dicit. Ite baptizantes eos in nomĩe patris & filii & ſpũſſancti.
Ambro. li. 1 de trini. In noĩe dicens, nõ in noĩbus, ut ait Ambroſius. Vnitatẽ eſſentiæ, per nomina tria q̃ ſupponit, tres eſſe perſonas/declarat. Itẽ, Ego & pa- Io.
Ambro. ibi. ter unũ ſumus. Vnũ dixit (ait Ambroſius) ne fiat diſcretio naturę uel 10.
poteſtatis. Addit ſumus, ut patrẽ filiũq; cognoſcas. Ioãnes etiã ait.
Ioannis. 1. In ꝓncipio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbum. Aperte oſtendẽs filiũ ęternaliter eſſe apud patrẽ, ut alius apud aliũ.
1. Ioannis. 5. Item alibi. Tres ſunt qui teſtimoniũ perhibẽt in cœlo. Pater/uerbũ/& ſpũſſanctus. Et hi tres unum ſunt. Apoſtolus quoq; trinitatẽ uni-
Roma. 11. tatemq; diſtinguit/ibi. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.
Aug. in. 2. li. de trini. c. 6. Ex ipſo (ut Auguſtinus ait.) dicit ꝓpter patrem, per ipſum, propter filiũ, in ipſo, propter ſpiritũ ſanctũ. Hæc eſt trinitas. Per hoc uero, q̃ non ait, ipſis gloria, ſed ipſi, hanc trinitatem, unum deum eſſe oſtendit. Sane quia ſingulæ pene ſyllabæ noui teſtamẽti, hoc concorditer inſinuant, teſtimonia deinceps inducere obmittentes, rationibus, congruiſq; ſimilitudinibus prout infirmitas noſtra ualet ita eſſe oſtendamus.

¶ Distinctio Tertia.

¶ Quomodo per creaturā potuit cognosci Creator.

INuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciunt a creatura mūdi. Hoc est homo: qui (dicēte apl'o) duobus iuuabatur, deum inuisibilē cognoscere, natura scilicet rationali, & operibus exterioribus, in quibus artificis aliquatenus relucet indicium. Roma. 1.

¶ Primus modus, quomō potuit cognosci deus.

¶ Ait em̄ Ambrosius, ut deus qui natura inuisibilis est, etiā a uisibilibus posset sciri: opus fœcit/qd opificē sua uisibilitate manifestauit. Quod ab homīe fieri impossibile est, uel ab aliqua creatura. Constat igit̄ super omnē creaturā illū esse, qui eam fœcit, ac per hoc illū esse Deum humana mens cognoscere potuit. Ambrosius.

¶ Secūdus modus, quomō cognosci deus potuit.

¶ Quem etiā cognouerūt philosophi oīa fœcisse, & a nullo factū fuisse. Videbāt enī oēm substantiā corpus aut spm̄: & hoc melius illo sed ualde meliorē qui utriusq; cōditor est. Illū igit̄ p̄ncipiū rerū esse rectissime crediderūt: q factus nō esset, & ex quo cūcta facta essent. Aug. de ciuitate. li. 8.

¶ Tertius modus, quomodo cognosci Deus potuit.

¶ Quod uero ueritas Dei per ea quæ facta sunt cognoscit̄ pluribus modis. Pluraliter inuisibilia dei dicit apl'us/cum simplex tantū essentia sit/& una. Ex ꝓpetuitate nāq; creaturaꝝ/æternus. Et ex magnitudine/oīpotens. Ex dispositione/sapiēs. Ex gubernatione/bonus, intelligentia cōditor Deus. Igitur per hæc omnia deitatis unitatem cognoscere potuit homo. Roma. 1.

¶ Quomodo per creaturas trinitas intelligi potuit.

¶ Trinitatis etiā indiciū uel uestigiū haberi potuit, per ea quæ facta sunt. Ait enī Augustin⁹. Hęc quę arte diuina facta sunt: in se etiā quandā unitatē ostendūt, & specie & ordinē. Quodq; enī creatoꝝ & unum aliquod est/& aliqua specie format̄, & aliquē ordinē petit, aut tenet. Ecce tale uestigiū inęffabilis trinitatis apparet in creaturis. In ea nāq; summa origo, uel omniū rerum unitas/est Pater. Omniū rerū & perfectissima pulchritudo/Filius. Et beatissima delectatio/Spūs sanctus. Sic igit̄ per ea quę facta sunt in fide inuisibilium adiuuamur. De tri. lib. 6. ca. 4. Ex Augu. in libr. de uera relligione.

¶ Quomodo in anima sit imago Trinitatis.

¶ In mente deniq; humana (q̄ diuinitatis est imago) plenius hæc intelligi poterūt. Si em̄ (ut Augustin⁹ ait) amissa dei participatōe deformis sit mens humana, imago aūt Dei eo ipso pmanet, quo capax eius est, eiusq; particeps esse potest. Qui meminit sui, intelligit se, diligit se, hic si cernimus trinitatē nō dū Deū, sed imaginē dei inue/ Aug. 14. lib. de tri. c. 8. Tria ostēdit eē ī aīa q̄ relatiua dicūt̄ & æq̄lia sūt.

nimus, scilicet/memoriá/intelligentiá/& uoluntatē. Hęc igit̄/& tria & unū sunt. Nec em̄ (ut Augustin⁹ ait) sunt tres uitæ, sed una. Quæ etiá relatiue dicunt̄ (ut Aug. ait.) Mens em̄ amare seipsam/uel memini se nō potest, nisi se etiá nouerit. Nā quō amat/uel meminit/ qd̄ nescit? Sic etiá de cæteris dicendū est. Mēs aūt ipsa uel uita ad se dr̄.

De trini. li. 10. ca. 11. Ibidē.

¶ Hic ostendit quomodo omnia capiantur a singulis.

¶ Proinde & æqualia sunt non solū singula singulis, sed & singula omnibus. Memini em̄ me memoriá habere/ītelligentiá & uoluntatē Intelligo me, intelligere/uelle/& meminisse. Volo etiá me uelle/& meminisse & intelligere.

¶ Quomodo hæc tria dicantur unum.

¶ Sed quomodo hæc dicunt̄ una mens, cū potius mentis uires dicē/da uideant̄? Ideo. s. q̄ in ipsa mēte substātialiter existūt. Vnde Augu. Admonemur hæc in anīo existere substātialiter, nō tanq̄ in subiecto, ut color in corpore. Quia & si relatiue dicunt̄ adinuicē, singula tamē substātialia, sunt in sua substātia. Miro itaq̄ modo, tria hæc inseparabilia sunt a semetipsis, & eorū singulū, & simul oīa, una substantia sunt, ut dictum est.

De trini. li. 9. ca. 4.

¶ De dissimilitudine creatæ & increatæ trinitatis.

¶ Cum autē per hæc appareat trinitas creata increatæ similis trinitati. In q̄ pluribus tamē indissimilis existit, quod facile ostendit̄ si aduertat̄. Ecce em̄ unus hō est, qui habet hæc tria. Nō aūt ipse est hæc tria, nec hæc tria sunt unus homo. Ibi uero unus deus est tres psonæ, & tres personæ unus deus. Item hic est tantū una psona, Ibi aūt tres personæ sunt, pater & filius & spūssanctus. Deniq̄, hic nullū horū triū est hō. Ibi uero quælibet personarū plenius & perfectius est deus Multū igit̄ mens nostra distat a trinitate increata, q̄ imago dei est, (ut Augu. ait.) Nō ideo tantū, q̄ meminit sui/intelligit/ac diligit se qa potest & meminisse, & intelligere, & amare, illum a quo facta est. Per quod unitatē in trinitate, & trinitatē in unitate intelligere ualet Intelligit em̄ unū tantū esse principiū rerum, qa si plura essent, uel oīa insufficiētia essent, uel cætera p̄ter unū supfluerent. Illud autem p̄ncipium, nō fatuū putauit, unde sapientiá ibi esse intellexit, quam cum diligit, etiá amorē ibi esse recta ratione deprehendit. Pater ergo, quomodo mens nostra, deo sit similis, qualiter etiá per eam deitatis unitas atq̄ trinitas homini potuit innotescere.

De trini. li. 14. ca. 12.

¶ De unitate diuinæ Trinitatis.

¶ Ergo f̄m p̄dictorū significationē, credamus patrē & filiū & sctm̄ spm̄ unum esse in natura, & trinū in personis. Vt enī Augustinus ait. Vna est natura siue essentia patris/& f. & s. s. nō una psona. Si em̄ sic esset una persona, sicut est una substantia patris/& f. & s. s. ueraciter

De fide ad Petrū ca. 1.

trinitas nõ diceret. Itẽ trinitas nõ esset uera, si unus deus trinitas ipsa non esset. Si pater & f. & s.s. sicut sunt personaꝫ ꝓprietate abinuicẽ distincti, sic quoꝫ fuissent naturarũ diuersitate discreti. Teneamus igit, ꝙ in illa sancta trinitate, unus est pater, qui solus genuit filiũ, & unus est filius, qui solus est de patre natus, & unus est spũssanctus, qui solus ab utroꝫ procedit. Quod totum non potest una persona, idest gignere se, & nasci de se, & procedere a se.

¶ Distinctio Quarta.

¶ De coparatione generationis ad terminum essentialẽ concretũ qualis est hoc nomẽ Deus.

Emergit igit hic quæstio. Vtrum se Deus genuerit. Constat quippe, quod deus genuit deũ, qa pater genuit filiũ, & uterꝫ est deus. Ex hoc ita ꝓcedit. Si deus genuit deum, ergo aut se deũ, uel aliũ deum. Quod si aliũ, nõ est tm̃ unus deus. Si autẽ seipm, ergo aliqua res seipsam genuit. Cui cõtradicit Augustinus, inquiẽs. Qui putant eius esse potẽtiæ deũ, ut seipm genuerit, eo plus errãt, quod nõ solũ deus, ita nõ est, sed nec ulla creatura. Nulla est em̃ res, q̃ seipam gignat. Videt tamẽ Augustinus sibi obuiare ubi dicit. Deus pater se alterũ genuit, quod ita sane intelligit. i. de se alterã genuit personã. uel genuit alterũ. i. filium, qui hoc ipsum est quod ipse. Illationi aũt ꝑdictæ, scilicet. Si deus genuit deũ, ergo uel se deum, uel alium. Ista similitudo obloquit. Filius dei cœpit esse ꝑsona hominis, ergo uel ea quæ ipse est persona hominis, uel alia, quod utrũqꝫ cum sit absurdum, nequaquã est concedendum. Ita & de similibus est dicendum.

Vtrũ Deus se genuerit.

Aug. 1. li. de trinit. ca. 1.

In epla ad Maximinũ.

Hic oppõit Bandinus ꝑ dicta Augu.

Rñdet.

¶ Eandem tamẽ quæstionẽ, aliis urgent uerbis. Deus pater genuit deum, ergo uel deũ qui est deus pater, per quod uidet seipm genuisse, uel deũ qui nõ est deus pater, per quod uidet aliũ deum genuisse. Sed licet catholice hoc cõcedi possit, ꝙ hæc oratio, deus pater, non ꝑm substantiã dicit, sed ꝑsonalis est. Ad oẽm tũ ꝓprietatiã euacuandã, illã ꝓpositionẽ. s. Deus pater genuit deũ, q nõ est deus pr̃, ex ui relationis determinandã admonemur, ut scilicet, q Relatũ simpliciter ad deũ, falsum inducat. Relatũ uero ad deũ genitũ cõuenienter, uerum ꝓponat. Est enim deus pater idem deus qui & genitus, non tamẽ deus pater est genitus deus, qa sic una persona esset alia, quod absit.

Aliter oppo nit.

Soluit.

¶ DIstinctio Quinta.

¶ De Comparatione generationis ad terminũ essentialem abstractum qui est essentia.

Consequẽter quærit. An pater genuerit diuinam essentiã, an ipsa filium, an essentia essentiã, nec ne. Quod pater diuinã

Quæ res qd genuerit.

Aug. de fide ad Petrũ.

essentiã genuerit. Videt ex uerbis Augustini dicẽtis. Deus cum uerbũ genuit, id qd est ipse genuit. Itẽ deus pater qui uerissime se indicare animis cognituris, & uoluit & potuit, hoc ad seipm indicandũ genuit, quod est ipse qd genuit. Ipse aũt nihil aliud est, q̃ diuina essentia, Quare uidet ipsam genuisse. Cæterũ p̃dicta sic intelligẽda dicimus. Pater. i. id quod est genuit filium, qui est id quod pater est, sed non is qui pater. Alius est enim pater, alius filius, sed non aliud.

¶ Q̃ pater diuinã essentiã nõ genuerit, probat triplici ratione.

¶ Porro qd pater diuinã essentiã nõ genuit triplici ratione probat.

Prima ratio Lib. 5. de tri.

Prima, Si eam genuit, sequit quod relatiue dicit ad eam. Quod si est, nõ indicat hoc nomẽ diuina essentia substantiã. Ait em̃ Augu. Quod relatiue dicit, substantiã nõ indicat.

Scd'a ratio.

Secũda q̃ si ipse genuit eam, cũ ipse sit diuina essentia, idem genuit seipm, quod esse nõ potest ut p̃dictum est.

Tertia ratio Ablti casus.

Tertia, Quia si eã genuit, nõ genitor geniti, sed genitũ erit causa genitoris, ut sit, & deus sit, Quippe diuina essentia Deus pater, & est, & deus est.

¶ Diuina essentia nõ genuit filium.

¶ Similiter dicendũ est. Quod neq̃ diuina essentia genuit filiũ, q̃a ad eũ relatiue nõ dicitur.

¶ Essentia nõ genuit essentiam.

¶ Nec essentia genuit essentiã, prædicta scilicet ratiõe, q̃a idem nõ generat seipsum. Verũ ei quod dicimus, August. cõtraire uidet. Dicit enĩ, Sicuti de essentia essentia, sic sapientia de sapientia, & alibi.

De tri. lib. 7. ca. 1.

In lib. de fide ad Petrũ

Christũ dei filiũ uerũ deum crede, ut diuinitatẽ eius de natura patris esse natã, nõ dubites. Hæc aũt, & si qua similia, sic intelligẽda noueris, sicuti essentiã & est. i. sicuti filius essentia de patris essentia est, sic & filius sapiẽtia/de patris sapiẽtia est. Quod aũt sic sane exponit, ex uerbis coniice Augustini dicẽtis. Ideo christus dicit uirtus, & sapiẽtia dei, quia de patre/uirtute/& sapiẽtia. Ipse quoq̃ uirtus & sapiẽtia ẽ.

De tri. lib. 1. ca. 3.

Obiicit.

¶ Videt etiã p̃dictis contrariũ, quod Hilarius ait. Nihil (enĩ inq̃t) nisi natũ habet filius. At filius habet etiã essentiã diuinã, tota em̃ est in eo. Quare uidet, & ipsa nata esse. Itẽ apertius dicit. Nõ corporali insinuatiõe patrẽ in filio p̃dicamus, sed ex eo eiusdẽ generis, genitã naturam, naturaliter in se gignentẽ, habuisse naturã. Ecce his uerbis manifeste dicit, Dei naturã genitã, & genuisse. Sane ut idẽ dicit, Intelligẽtia dictorũ ex causis est assumẽda dicẽdi. Nõ enim sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Hæc ergo uerba sic fideliter accipi possunt. Nihil habet filius nisi natũ. i. nihil habet filius, fm q̃ deus, nisi qd nascẽdo accœpit. Item/prędicamus ex eo eiusdẽ generis naturam genitã, & cætera. i. p̃dicamus patrẽ qui est natura, esse naturaliter in genito. i. in filio a se genito, q̃ est eadẽ natura, q̃ pater est. Vnde idem

De tri. lib. 4.

Hilarius in 4. li. de tri.

Hilarius

Hilarius. Eandē naturā habet genitus, quā ille qui genuit. Lib.5.eiusdē

¶ Quid sit ꝙ legitur, Pater de sua natura genuit filium, & filius substantiam patris.

¶ Frequēter quoq; occurrit legēti: patrē de sua natura filiū genuisse. Vnde Augustinus. Pater deus, de nullo genitus deo, semel de sua natura sine initio genuit filiū deum. Item Augu. sup illud. Qui eruit nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in regnū filii charitatis suæ. Quod dictū est inquit, filii charitatis suę, nihil aliud intelligit, q̄ filii sui dilectissimi, quod est filii substātiæ suæ. Charitas quippe patris, quæ in natura eius est, nihil est aliud, q̄ ipsa natura, atq; substātia. Ac per hoc filius charitatis eius. i. qa de substātia eius est genitus. Idem quoq; ait. Substantiā dei genuisse filiū. Carnalibus (inquit) cogitationibus pleni, substantiā dei de seipsa gignere filium nō putatis, nisi hoc patiat, quod substātia carnis patit, quādo gignit. Erratis nō scientes scripturas, neq; uirtutē dei. His uerbis plane uidet natura dei uel substātia genuisse filium. Ne aūt hæc & si qua similia uasa mortis sint nobis, sed uitæ, ad simplicitatis sensum, quæ est amica ueritatis, huiusmodi semper reducēda monemus, Sine p̄iudicio itaq; dicimus. quæ de natura, uel substātia dici uident, ad p̄sonas esse referēda. Quę sane nō nomine personaꝝ, sed naturæ ipsius expresserūt authores, per hoc nobis insinuātes eiusdē naturæ & substātiæ, & immutabiliter (ut ait Hilarius) Ac indiuidualiter tres esse p̄sonas. Vnde Augustinus in eodē. Trinitas hæc unius eiusdēq; substātiæ est.

De fide ad Petrū.c.2. De tri. li.15. ca.19. Cōtra Maximinū.lib.3. ca.14. Math.22. Cōtra Maximinū lib.3.

col. 1.

¶ DISTinctio Sexta.

¶ Vtrum Pater voluntate vel necessitate genuit filium, & an volens an nolens sit deus.

PRæterea quærit An pater uolūtate, uel necessitate genuit filiū, An nolens uel uolēs sit deus. Quod uolūtate genuerit, sic uidet posse p̄bari. Idem est natura patris, & eius uoluntas. Cōcedis aūt ꝙ natura genuit, ergo & uolūtate. Sed hoc facile in simili refellit. Idem est em̄ eius sciētia & uolūtas, ergo quæcunq; fiunt eo sciēte fiunt, & uolēte. Nō sequit, Necessitate aūt nō genuit, ꝙ ut Augustin⁹ ait. Grādis miseria & absurditas poneret in deo, si necessitate genuisse diceret. Dicimus ergo, ꝙ neq; uolēs neq; nolēs genuit. Hoc plane sensu, uolūtate scilicet p̄cedēte, uel seq̄nte genituā, ut putabat Eunomius. Volūtas em̄ generādi in patre, & ipse genitus simul ab æterno fuerūt, sicut August. dicit. Filius dei semper fuit cum patre, nec præcessit eum paterna uolūtas ut esset. Secundū hoc igitur dicimus, qa nō filius uolūtate sed natura, sicut

Quærit. De tri. li.15. c.20. Et in q̄stionib⁹ ad Orosiū. Vbi supra.

Rñdet

pater, deus est/natura, nō uolūtate. Filius etiā & spūssanctus, qd q̄ Eunomius intelligere nō potuit, nec credere uoluit. Vnigenitū dei dixit, nō naturæ, sed uolūtatis filiū esse. Sane huius dialectica deri/denda est (ut Aug. ait.) Tenendū itaq̄ est q̄ pater nō uolūtate ge/nuit filiū, quia uolūtas generādi filiū nō p̄cessit. Nec necessitate, ne absurde de deo loquamur, sed natura genuit. Est em̄ (ut Hilari⁹ ait) natura filius, qui eandē naturā quā ille qui genuit habet.

De tri. li. 15.

¶ DIS Tinctio Septima.

¶ De Comparatione potentiæ generādi ad personā.

Vtrū filius potuit gene rare.

Cum pater & filius una eadēq̄ sint essentia, ut dictū est. Te/nendū quoq̄ est unā eandēq̄ esse potentiā utriusq̄. Est em̄ ibi oīno idē esse/q̄ posse. Vnde cōstat, q̄ quicqd potest pa/ter, filius quoq̄ potest. ☞ Verū de hoc difficilis orit̄ quæstio. Si enī quicqd pater potest, & filius, igit̄ filius potest generare, quia pater potest hoc. Quod similitudine infirmat̄. Quicqd enī est pater, & fili/us est, ergo filius est pater, quia pater est pater, quod nō sequit̄. Ideo scilicet quia patrē esse patrē nō est patrem esse aliquid, sic forte non infideliter dicit̄, patrem posse generare: non est patrē posse aliquid. Quippe sicut pater, ita & generare ad relatiuum pertinet.

Quæstio.

Soluit.

☞ Vehementius sane urgetur quæstio, ex uerbis Augustini contra Maximinū hęreticū, qui patrē asserebat filio potentiorē, eo q̄ pater potuit generare, & genuit filium deum creatorē, filius aūt non. Cui Augustinus ait. Absit ut oīpotentior pater sit filio, sicut putas, quia creatorē genuit pater, filius aūt nō genuit creatorē. Neq̄ em̄ nō po/tuit, sed nec oportuit. Quod si diligēter attēdas/ dicere uideat̄ q̄ po/tuit & filius generare, sed nō oportuit. Proinde cur nō oportuit? sub dit Augustin⁹. Esset enī (inquit) immoderata diuina generatio, si ge nitus filius nepotē gigneret patri, quia & ipse nepos, nisi auo suo pronepotē gigneret (secundū uestrā mirabilē sapientiam) impotēs diceret̄. Similiter etiā ille, si nepotē nō gigneret auo, & pnepotem pauo, nō diceret̄ a uobis oīpotens. Nec impleret̄ generatiōis series, si semp alter ex altero nō nasceret̄. Nec em̄ eā pficeret ullus, si nō suf/ficeret oīpotēs unus. Sic ergo intelligendū putamus, q̄ p̄missum est .s. Nō em̄ nō potuit, sed nō oportuit. i. nō ex impotētia est, q̄ filius nō genuit, sed qa ei nō cōueniebat/ratiōe q̄ prędicta est. Sicut pater nō est filius, nec filius pater, nec esse potest. Quod non ex impotētia alterutrius est, sed qa nō cōuenit patri esse filiū, aut filio esse patrē. Quod aūt Augustin⁹ dicit Maximino quærēti. Quare pater non pōt esse filius, uel filius pater? Nō utiq̄ (inquit) ex impotētia, sed pater

Aliter pbat Lib. 1. cōtra Maximinū.

Lib. 1. cōtra Maxi. ca. 13.

Vbi supra.

pprietate generatiōis pater est, qa oportet eū non esse filiū, & filius pprietate natiuitatis filius est, qa nō oportet eum esse patrē. Sic ita/ q̃ nō ex inpotētia sed pprietate generationis pater generat, qua o/ portet eū nō gigni. Et filius pprietate natiuitatis gignit, qua opor/ tet eum non gignere.

¶ Quod filius non potuit generare.

¶ Deniq̃ probat filium generare nō posse. Si em̄ potuit generare, ergo potuit esse pater, qd si potuit pater esse, ergo uel patris, uel sui, uel spūssancti, uel alterius. At alterius nō, q̃ nullus alius ab æter no esse potuit. Sed neq̃ patris, quia ingenitus & innascibilis est, Nec sui, Quia nulla res seipsam generare potest, Neq̃ spūssancti, Quia ipse nō potest nasci. Alioquin esset alterabilis. Relinquit ergo/quod filius generare non potuit. Quæstio

¶ Determinatio factæ quæstionis.

¶ Proposita ergo quæstio sic expediēda uidet. Quicquid pater po/ test, & filius. i. quicqd patris potētiæ est subiectū, & filii potētiæ si/ militer, quia eadē omino est. Subiecta uero potētiæ appellamus ea, quæ ipsam potentiā sequunt? Generatio aūt uel generare, nec p̃ce/ dit, nec sequit potentiā, simul em̄ cū ea est ab æterno. Cæterū si con/ ceditur, qd posse generare, sit aliquid posse, sic obiicitur. Hoc posse habet pater, quod nō habet filius, ergo aliqd posse habet pater, qd nō habet filius. ☞ Respondet a simili, hoc esse habet pater, quod nō habet filius scilicet esse patrē, ergo aliquid habet esse pater quod nō filius, falsum est. Omne em̄, & totū esse patris, est oino & filii. Dici/ mus aūt, q̃ eadem potētia prorsus est patris, & filii, licet nō penitus quicquid de patre dicit, fm ipsam de filio dicat. Quod patet in simili Idem em̄ coniugiū, penitus est in istis duobus, & tñ fm ip̃m, uir dicit maritus, & nō uxor. Fœmina uero uxor, & nō maritus, uel ut manife/ stius dicat. Eadem est oino uolūtas patris & filii. Ea tñ/ uult Pater, pater esse, & nō filius. Et filius/uult esse filius, & nō pater. Sic ergo eadem est patris & filii potētia, ea tñ potest pater generare, & geni/ tus nō esse, filius genitus esse, & nō generare. Vel nō insubtile est, si quis dixerit patrē posse generare, hoc nō ex sola potētia posse dici, sed ex proprietate etiam generationis. Quæ cum filio nō cōueniat, nulli mirum si posse generare ei non conuenit.

Rñsio, quō s. intelligat filiū hre uel nō hre potē tiā gñandi.

Probat a simili.

¶ Qualiter potentiā generandi habeat Filius.

¶ Si aūt dicit/Filius habet potentiā generādi, Sic distingue. Habet potentiā generādi. i. ut generet/uel generare possit, Falsum est. Ha/ bet aūt potentiā generādi, qua scilicet generat, uel generari potest. Inpsonaliter uerū est, Sicut habes scientiā scribēdi. i. qua scis scibere/ Falsum, sed qua scitur scribere, Verū. Dicimus etiā, q̃ in progressu

A simili arguit.

pdictæ oppositionis, scilicet, Quicqd potest pater, & filius, sed pater potest generare, ergo & filius, hoc uerbũ, potest, aliter in ppositione, aliter in assumptiõe, uel cõclusione accipit. Sicut hæc uerba, deus/& est/in diuersis locis posita, aliter/& aliter significant. Exẽpli loco/oĩno/quod deus pater est, idem deus filius est, sed pater est deus generás, ergo & filius est deus generás, nõ sequit. Item/quicqd est pater/& filius, sed pater est generás/ergo & filius est generás, nõ sequitur. Ideo/quia hæc uerba/deus/& est/in ppositiõibus essentialiter significãt. Deinde uero psonaliter cõsignificant. Sic igit pdicta quæstio multis modis soluit. Et filiũ nõ posse generare/sed gigni, patrẽ aũt generare posse/& non gigni, uere creditur & intelligit.

Iuducit ppositum.

¶ DIS Tinctio Octaua.

¶ De pprietatibus & cõditionibus essentialibus trinitatis & vnitatis.

De ueritate diuiæ eãtiæ

Augu. in. 5. lib. de trini.

Exodi. 3.

NVnc de ueritate diuinæ essentiæ agendum est. Est itaq; deus sine dubietate substãtia, uel si melius dicat essentia: quã Greci Vsiam uocãt. Sicut em̃ ab eo/qd est sapere/dicta est sapiẽtia, & ab eo/quod est scire/sciẽtia, ita ab eo/quod est esse, dicta est essentia. Et quis maior est illo/qui dixit. Ego sum qui sum, & qui est/misit me ad uos? Ipse (inq̃) uere & pprie dicit esse/ cuius essentia nõ nouit pteritũ/nec futurũ. Vnde Hieronymus scribit ad Marcellam. Deus solus qui exordiũ nõ habet/ueræ essentiæ nomẽ tenet. De quo enim dicitur fuit: nõ est: & de quo dicit erit/non dum est. Deus autem tantũ est: qui nõ nouit fuisse/uel futurũ esse. Solus igitur deus uerus noster est, cuius essentiæ comparatũ/nostrũ esse/nihil est.

¶ Qualiter intelligant verba Hieronymi, & aliarũ scripturarũ.

¶ Cæterũ hiis occurrit, quæ frequẽter scriptura cõmemorat. Deus fuit ab æterno, fuit semp, & erit in sęcula/ & huiusmodi. Augustinus etiã sup Ioannẽ ait. Quum de sempiterna re pprie dicat/est/secundũ nos bene dicit/fuit/& erit. Fuit/quia nunq̃ desiit. Erit/quia nunq̃ dæerit. Est/qa semp est, nõ pręteriit/quasi qd nõ maneat, nõ orient/quasi q̃ nõ erat, qualiter de nobis nõ dicit. Secundũ hæc ergo uerba/ Hieronymũ intelligẽtes dicimus. Nõ nouit fuisse/uel futurũ esse. i. non pręteriit/neq̃ desinet esse, sed tamẽ est tantum, quia semp est. Licet em̃ uerba substãtiua diuersoꝝ tẽporũ de deo dicant, nõ tamẽ tẽporales motus esse distinguũt, sed essentiã diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus, & proprie/naturaliter/ dicit essentia uel esse. Vnde Hilarius. Non est deo accidẽs esse, sed subsistẽs ueritas, & manens causa, & naturalis generis pprietas.

Lib. 1. de tri.

¶ De incõmutabilitate dei.

¶ Quæ essentia dei/pprie incõmutabilis est, quia nec mutatur, nec

mutari poteſt. Vnde Auguſtin⁹. Aliæ (inquit) eſſentiæ, uel ſubſtātię capiunt accidētia quibus in eis fiat immutatio. Deo aūt nihil horum accidere poteſt, ideoq; eius ſola ſubſtātia uel eſſentia incōmutabilis eſt. Ac ꝑ hoc Apl'us de deo ait. Qui ſolus habet immortalitatē, eam intelligēs immutabilē, quā nulla habere poteſt creatura, quoniā ſoli us creatoris eſt. Vnde Iacobus apl'us. Apud quē nō eſt trāſmutatio, nec uiciſsitudinis obūbratio. Et Dauid. Mutabis eos & mutabunt, tu aūt idem ipſe es. Et alibi. Ego deus & nō mutor. Cæterū omis creatura mutabilitati ſubiacet. Quæ (ut Aug. ait) Nō nulla mors ipſius creaturę eſt, quia facit aliquid in ea nō eſſe qd' erat. Siquidē/ipſa anīa humana/licet immortalis ſit, quia ꝑm ſuū modū nunq; uiuere deſinit habet tamē mortē ſuā, quia ſi iuſte uiuebat/& peccat, morit iuſticiæ, ſi peccatrix erat/& iuſtificabit, morit peccato, ut alias eius mutationes taceam. Et creaturarū natura cœleſtiū mori potuit, qa peccare, Etenim angelorū quidā peccauerūt, & qui nō peccauerūt, peccare potuerunt. Nihil autē tale deo accidere poteſt. Quare cum ſolus deus ſit immutabilis proprie, ſolus etiam uere eſt immortalis.

De tri. lib. 5. ca. 2.

1. thimot. 6.

Iacobi. 1.

Pſal. 101.

Malach. 3.

Cōtra Max. lib. 3. ca. 12.

¶ De ſimplicitate diuinæ eſſentiæ.

¶ Eadem quoq; ꝑprie ac uere ſimplex eſt, quia in ea/nec partiū, nec accidentiū ſeu quarūlibet formarū/ulla diuerſitas, ſiue uariatio uel multitudo eſt, q̃ in nulla creatura cōtingit. Quippe ut Auguſt. ait. Corporalis creatura partibus cōſtat. Ita ut ſit ibi alia pars maior, alia minor, & ip̄m totū maius ſit/q̃ pars q̃libet. In qua etiā/ Aliud eſt magnitudo, aliud color, aliud figura, q̃ oīa ī corpe multiplicitatē faciūt.

De tri. lib. 6. ca. 6.

¶ Hic de ſpirituali creatura oſtēdit quomō multiplex ſit & nō ſimplex.

¶ Spiritualis quoq; creatura multiplex eſt. Quippe anima licet corpori cōparata/ſit ſimplex, eo qd' particulatim per ſpacia loci nō diffundat, ſed ubicūq; eſt/tota eſt, tamē nec in ipſa uera ſimplicitas eſt. Cum em̄ aliud ſit artificioſum eſſe, aliud inertem, aliud acutū, aliud memorē, poſſintq; hæc innumerabilia in animæ natura inueniri. Cōſtat/ipſam nō ſimplicē eſſe, ſed multiplicē, quū nihil horū ſit anima, ſed hæc ipſa habeat. Deniq; quicqd in deo eſt/deus eſt, unde & eius ſimplicitas apparet, p̄ſertim cū idem ſit habēs, & qd' habet, Non em̄ ꝑpter hoc natutā ſummi boni ſimplicē dicimus, qa eſt pater in ea ſolus, uel filius in ea ſolus, uel ſpūſſanctus ſolus. i. quia ſola eſt iſta nominū trinitas, ſine ſubſiſtētia perſonarū, ſicut Sabelliani putauerūt. Sed ideo ſimplex dicit, quia eſt hoc quod habet, Excepto q̃ relatiue quęq; ꝑſona dicit ad alterā: nec eſt ipſa. Nam utiq; pater habet filiū, ad quē relatiue dicit, nec tamē eſt filius. Et filius habet patrē, nec tū

ipse est pater. In quo uero ad semetipm dicit nō ad alterū, hoc est qd habet. Sicut ad semetipm dicit uiuus/habendo uitā, & eadē uita ipse est, quod in aliis rebus nō cōtingit. Neq; em habēs liquorē/liquor est, nec corpus/color, nec anima/est sapiētia, sed tantū habēs eam. Ac p hoc solns deus uere & pprie simplex est. ¶ Qd multipliciter deus dr.

¶ Deus tñ multipliciter dicit, ut sapiētia/iusticia/prudētia/& sanctitas, & si quid tale nō indigne de deo dicat. Hoc aūt ideo est, quia multiformiter operat deus in rebus, non q; in ipso sit multiplicitas ulla, etenim quāuis unū sit in subiacēti deus, pro uarietate tamen sensuū, multis uocabulis nuncupat. Aliud aūt signat sapiētia, aliud aūt sciētia, iusticia/& sic de cæteris. Sapiētia nēpe est, Quia de disciplinis diuinarū humanarūq; rerū instruit. Iusticia est/quādo iudex & distributor meritoꝝ intelligit. Prudētia est/quādo doctrina uel demōstratio bonaꝝ malarūq;/ueraꝝ & falsaꝝ rerum/nel neutrarū cognoscitur. Porro sanctitas est/quia ipse firmamentū, & cōfirmatio omniū rerū. Hoc aūt/& si quid tale de deo dicit, p̄ter accidentiū respectū intelligitur. Cum & nos moneat Augustin⁹. Intelligamus (inquiēs) in quātum possimus, deū sine qualitate bonū, sine quantitate magnū, sine indigētia creatorē, sine situ p̄sidentem, sine habitu oīa continentē, sine loco ubiq; totū, sine tēpore sempiternū, sine mutatiōe sui mutabilia facientē, nihilq; patientē. Quisquis deū sic cogitat/licet nō dū inuenerit, omnino qd sit/pie tamē caueat/aliquid sentire de illo/qd non sit. ¶ Tanta est dei simplicitas, q; nulli p̄dicamentoꝝ subiicit.

Quid sit sapientia.
Iusticia quid
Prudētia qd
Quid sit sanctitas.
De tri. lib. 5. ca. 1.

¶ Propterea prędicamentoꝝ legibus atq; accidētibus deus non est subiectus. Ideoq; nec pprie substātia dicit. Quippe cū ab eo q; est substere substantiam dicamus. Quod recte dicit de his rebus, in quibus subiectis/sunt ea/quæ in subiecto esse dicunt, ut color in corpore, qd nephas est dicere de deo. Quo circa abusiue/substantia/magis pprie & uere deus est & dicitur/essentia.

¶ DIStinctio Nona.

¶ De pprietatibus & cōditionibus p̄sonalibus trinitatis & vnitatis.

De distinctione p̄sonaꝝ

NVnc ad distinctionē personaꝝ accedētes, cōfiteri debemus, Patrē & filiū & sanctū spm unū esse naturaliter deū, nec patrem tamē filiū, nec filiū patrē. Sequit enī cū a patre sit genitus filius. Alius p̄fecto est pr̄, alius filius. ¶ De coæternitate filii cū pre.

¶ Nec tamē ante fuit pater/q̄ filius, sicut Hæreticus mentit. Sunt enī coæternæ sibi tres p̄sonæ. Deniq; scriptura dicit. Ante me nō fuit alter deus, nec post me erit. Hæc uerba si patris sunt/dicit, qa post se nō est alius deus. Si uero filii/dicit, quia ante se nullus deus est. Itaq;

Refellit opiniōes hæreticoꝝ Arrianoꝝ.
Esaiæ. 44.

nec iste anteriorē habet, nec ille posteriorē. Pręterea/si pater fuit an/
teq̃ haberet filiū, tūc accessione generationis, pater mutatus est, qd̃
blasphœmū est. Item/Cū filius sit sapiētia/& uirtus patris: si aliquā/
do fuit sine filio pater, fuit & tunc sine sapiētia, & uirtute sua pater,
qd̃ nō magis ꝓphanū quā stolidū dicit. Cōstat em patri filiū esse co/
ęternū/uelut splēdor/qui ab igne diffundit, coæternus est ei/& esset
utiq̃ coæternus/si ignis esset æternus. Cæterū/Hoc ineffabile/ sicut
& ipsa generatio. Vnde Esaias. Generationem eius quis enarrabit? Esaiæ. 4.
Diuinā aūt non humanā intelligit quāuis & hæc ex magna parte sit
inęnarrabilis. Illa tamē tota inænarrabilis est. Quia & si dicit filius a
pre genitus, tñ qualiter, nec aplus/nec ꝓpheta nouit/nec angelus.

¶ Vtrū debeat dici semper gignit uel semper genitus est filius.

¶ Quærit aūt/Vtrū debeat dici filius/semper nascit. De hoc Gre/ Sup Iob.
gorius ita dicit. De dño Iesu non possumus dicere semper nascit, ne
impfectus esse uideat. At uero ut ęternus designari ualeat, & pfectus
& semp/dicamus & natus. Quatenꝰ natus ad pfectionē/semp ad æter
nitatē ptineat. Origenes conat ꝓbare filiū semp gñari ꝓtra Greg. dicta.
Origenes uero cōtradicere uidet his uerbis. Saluator noster splēdor Sup Hiere/
est claritatis, qui nō semel nascit & desinit, sed toties orit, quotes lu miam.
men ortum fuerit de quo nascit, sic ergo semper saluator nascitur.

¶ Deniq̃ tantorꝫ uirorꝫ in re dissonantiā tantā/ quæ uidet, Ad con/ Concordat/
cordiā reuocātes. Putamus utrūq̃ auctorē, ex usu locutionis aliquid doctores.
habuisse suspectū. Quippe dicētes lectio semp legit lectiōis impfe/
ctionē ex usu loquēdi ostēdimus. Quā Gregorius in unigenito negās
ait. Nō possumus dicere semp nascit. Qd̃ se nimirū intellexisse ostē/
dit, per hoc/q̃ subdit. Ne ipfectus esse uideat. Similiter dū lecta est
lectio/dicimus/olim legi eam, nūc aūt desisse legi, ex modo loquēdi
significamus. Qd̃ Origenes in natiuitate uerbi abhorrēs, eius asserit
ꝓpetuitatē dicens. Saluator semper nascit qd̃ manifeste aperit. Dum
nō semel nascit & desinit/pmittit. Diuerso ergo genere loquēdi ua/
rios errores excludētes, natiuitatē filii ab æterno perfectā, & sempi/
ternam esse affirmant. ¶ Argumentatio Hæretici.

¶ Sed inquit Hæreticus. Omne qd̃ natū est/nō fuit semp, quia ad id
natū est/ut esset. Cui dicimus/Nemo ambigat, hoc sic se habere in hu Rñsio Hila/
manis. Ni mirū ibi nec semp fuit/qui pater est, nec semp pater est/qui rii.
fuit. Quare nec semper genuit. Vbi aūt semp pater est/semp filius ē.

¶ Quod si semp deo patri ꝓpriū est/q̃ semper pater est, semp filio Quid ꝓpriū
ꝓpriū esse est necesse/q̃ semp natus est. Natū igit cōfitemur unige/ sit pri & filio
nitum nec ante esse q̃ natum/nec ante natū q̃ esse. Hoc sane humanū

sensum & intelligentiā mūdi excedit, neq; capit hoc ratio humanæ intelligētiæ, sed prudentiæ fidelis professio est.

¶ DISTinctio Decima.

¶ De personali processione Spiritus sancti.

De spū sctō.

NVnc de Spūsancto/ipso donāte disseramus. Spiritussanctus itaq; est amor/uel dilectio patris, & filii, quo uterq; cōiungi/tur, quo genitus a gignēte diligit, genitorēq; suum diligit. Sūtq; nō participatiōe: sed essentia sua, Neq; dono superioris uni/tatis alienus, sed suo pprio. Seruātes uirtutē spūs/in uinculo pacis. Nō est em̄ tantū patris uel filii/sed ambo⁊ spiritus. Et ideo cōmunē qua inuicē diligūt, nobis insinuāt charitatē. Appellat aūt pprie cha/ritas, qppe cū ipse sit, quo pater & filius inuicē diligūt, inæffabiliter cōmunionem demōstrat illo⁊. Quid ergo cōueniētius, q̄ ut ille pprie dicat charitas/q; spūs est cōmunis ambobus? Nō hoc tamē sic dicim⁹, ut patrē & filiū charitatē esse negemus. Sicut em̄ unicum dei uerbū/pprie dicit sapiētia, cū sit uniuersaliter, & spūssanctus/& pater/ipsa sapiētia, ita spūsctūs pprie charitas nuncupat, cū sit pater & filius uniuersaliter charitas. Verbū aūt dictū est sapiētia, ore Apl'i dicētis. Christū dei uirtutē, & dei sapientiā. Itē spūssanctus dicit charitas in epl'a Ioannis inquit em̄. Deus charitas est, quod de spūsancto pprie accipi, Augustinus manifeste probat. Præterea & ipse pprie spūssā/ctus dicit. Licet em̄ pater & filius sint spūs, & uterq; sanctus/nō tamē frustra, & ipse pprie dicit spūssanctus. Qui em̄ est cōmunis ambobus ipse merito uocat proprie, quod ambo cōmuniter.

Ex Aug. 15. li. de tri. c. 6.

Q; spūsctūs pprie appel litē caritas.

1. Corinth. 1

1. Ioannis. 4.

De trinitate

Q; idē pprie dicat spūs s. Rōnem p̄dicti assignat.

¶ DISTinctio Vndecima.

¶ De processione spiritussancti.

Ponit s.s. pcedere ab utroq; contra multos.

QVi patris & filii spiritus est, pcedit ab utroq;, sicut testi/moniis scripturaⁿ probatur. Dicit enim apostolus. Mi/sit deus spiritum filii sui in corda nostra. Et alibi. Qui spi/ritum christi nō habet, hic nō est eius. Ipse etiā filius de eo sic testat. Nō uos estis qui loquimini, sed spūs patris uestri qui loquit in uobis Et alibi. Spūs qui a patre pcedit. Per hæc & his similia constat/spm̄/sanctū a patre filioq; pcedere, quod multi hæretici negauerūt.

Ad galath. 4

Mathei. 18.

Ioannis. 15.

Io. 8.

¶ Quid Græci de hoc teneant.

Prima causa græco⁊ q; s. s. nō pcedat a filio.

Scda causa.

¶ Græci autem nō fatent spiritū sanctū a filio pcedere, his inducti causis/scilicet/Quia dū ueritas dicit. Spūssanctus qui a patre, Patris tantū nomē, & nō filii meminit. Item/quod in symbolo eo⁊ a patre cōmemorat spūssanctus pcedere, nō etiā a filio, quę inq̄ in p̄ncipali/bus cōciliis, subiūctis anathematibus/ita sunt sancita, ut nulli de tri/

Io. 15.

nitatis

nitatis fide, aliud docere uel prædicare liceat, q̃ ibi continetur. Vnde etiá anathematis uinculo reos arguere audẽt, quos ſpiritũ ſctm̃ a filio ꝓcedere cõfiteri ſciũt. ¶ Eccleſiæ determinatio de ꝓceſſiõe ſpũſſcti.

¶ Nos autẽ inæternũ hoc cõfitentes, dicimus utiq; ueritatẽ, Spm̃ a patre ꝓcedere cõfiteri, nõ tamẽ ita ab eo ꝓcedere cõfiteri, ut etiá a ſe procedere neget. ¶ Reſpõdet primæ obiectioni Græcoꝝ.

¶ Quod aũt tantũ patrẽ nominat, Inde eſt, qa quod ipſius eſt, etiá nõ ſuum eſſe dicere, ſed ad patrẽ referre cõſueuit, ut ibi. Mea doctri/na nõ eſt mea, ſed eius qui miſit me. Hoc aũt dicit, non utiq; a ſe ne/gando, ſed principii auctoritatem oſtendendo eſſe in patre. Ioannis. 7.

¶ Reſpõdet huic quod ſecundo obiicit a Græcis.

¶ Illud autẽ aliud quod dicũt, per contrariũ eſt intelligendũ, ut ſit ſenſus. Nulli liceat aliud dicere. i. contrariũ, qualiter Aplus ad Gala/thas ponit. Si quis (inquiens) aliud euãgelizauerit. i. contrariũ (ſicut exponit Auguſtinus) anathema ſit, nõ dixit ſi quis addiderit. Alio/quin ſibi ipſi piudicaret, qui cupiebat uenire ad quoſdã/ſuppleturus quæ fidei illoꝝ deerant. Cæterũ qui ſupplet id qd minus dictum eſt, nõ dicit contrariũ ei quod dictũ eſt. Sane ſciendũ, q̃ licet in præſenti articulo a nobis Græci uerbo diſcordẽt, ſenſu tamẽ nõ differũt. Con/fitentur enĩ ſpiritũ eſſe filii, & ſi nõ a filio, quia ſcriptũ eſt. Spm̃ ueri/tatis. Nos aũt fideliter idem eſſe credimus, ſpiritũ eſſe filii, & ab ipo ꝓcedere. ¶ Auctoritatibus ergo eoꝝ. ſ. Græcoꝝ oñdit ꝓcedere ab utroq;. Ad Galat. 1. Ioannis. 15.

¶ Quod doctoꝝ Græcoꝝ teſtimonio probat. Inquit em̃ Athanaſi⁹ in ſymbolo. Spũſſanctus a patre & filio nõ factus nec creatus, nec ge/nitus, ſed ꝓcedens. Item dicit Chriſtus. Non em̃ loquet a ſemetipſo, quia ex ſe nõ eſt, ſed ex patre, & me eſt. Item Cyrillus. Spũs nõ eſt ali/enus a filio, nominat em̃ ſpiritus ueritatis, & profluit ab eo, ſicut ex deo patre. Item Chryſoſtomus. Spm̃ ſanctũ dicimus patri & filio co/æqualẽ, & procedentẽ de patre & filio. Græcis itaq; ꝓprioꝝ doctorũ teſtimonio correctis, Omnis lingua confiteat ſpiritũ ſanctũ a patre filioq; procedere. Ioannis. 16. In epſa Næ/ſtorio dire/cta. In homelia q̃dã de exp. Symboli.

¶ DIſtinctio Duodecima.

¶ Vtrum ſpiritus ſanctus prius uel plenius procedat a patre q̃ a filio.

NEc tamẽ prius aut poſterius ab alterutro eoꝝ ꝓcedere, ſicut delirat Hæreticus. In illa enĩ ſumma trinitate interualla tẽ/porum nõ ſunt, ſine quibus oĩno prius aut poſterius eſſe nõ poſſunt. Nec etiá ꝓcedit plenius ab altero quã ab altero, quia ſicut a patre, ita & a filio ꝓcedit ſpũſſanctus. Sicubi aũt legit proprie/uel principaliter, a patre ꝓcedere, Eo ſenſu dicit. q̃ pater nõ ab alio, ſed

In expōne catholicæ fidei.

a semetipso habet, ꝙ spūs sctūs ab eo ꝓcedit. Deniq; Hieronymus ponit ꝓprie, Inquit em̄. Credimus in spiritū sanctū uerū deū, qui de patre proprie est & procedit. Augustinus aūt ponit/ ꝑncipaliter/ his uerbis. Nō frustra in hac trinitate, nō dicit uerbum dei, nisi filius, nec donū dei/ nisi spūssanctus, nec de quo genitū uerbum est, & de quo ꝓcedit ꝑncipaliter spūssanctus, nisi deus pater. Sed hoc sic esse intelligendū, ut ꝑtaxauimus, ipse declarat/ dum subdit, Ideo addidi principaliter. Quia & de filio spiritussanctus procedere reperit, sed hoc quoq; illi pater dedit, patri aūt nullus hoc dedit. Ideoq; de patre principaliter procedere confitetur.

De tri. li. 15. ca. 17.

Rōnē reddit Aug. cur pricipaliter dixerit.

¶ De processione Filii.

Ioānis. 8.

¶ Filius quoq; de patre procedit, sicut ipse testat. Ego ex deo processi/ & ueni in mundū. Dissimiliter tū a spiritu sctō, Nā spūssanctus (ut Augustinus ait) a patre procedit, nō quomō natus, sed quomodo datus/ uel donū. Filius autē procedit nascēdo & exiit ut genitus. Inter hanc sane, & illā processionē (inquit Augustinus) distinguere nescio, nō ualeo, nō sufficio, est em̄ utraq; ineffabilis. Sicut enī ꝓpheta de filio loquens ait. Generationē eius quis enarrabit? Ita de spū sancto uerissime dicitur. Processionē eius quis enarrabit?

Augu. cōtra Maximinū.

Esaiæ. 4.

¶ DIStinctio Tertiadecima.

¶ Quare Spūssanctus cum sit de substātia patris non dicatur genitus uel filius, sed tantū procedens.

Deniq; spūssanctus licet a patre filioq; procedat. Tamen nec genitus dicit ambo/ nec filius. Enī uero nullus duo filius dicit, nisi patris & matris. Absit aūt ut inter deum patrē & deum filiū/ aliquid tale suspicet.

¶ Vtrū spūssctūs debeat dici ingenit?

¶ Nō autē spūssanctus ingenitus dicit, unde Augusti. ad Crosium. Spiritū sanctū nec genitū nec ingenitū dici, fides certa declarat. Et si enī spm̄ sanctū genitū nō dicamus, dicere tū nō audemus ingenitū ne in hoc uocabulo, uel duos patres in illa trinitate, uel duos qui nō sunt de alio qui spiā suspicet. Hieronymus tamē cōtradicere uidet. Inquit enī. Spiritussanctus pater non est, sed ingenitus atq; infectus.

In regūs definitionū cōtra hæretic.

¶ Determinatio secundū diuersas acceptiones.

¶ Cæterū uterq; eorū aliter hoc uocabulo ingenitus est usus. Siquidem Augustinus dicit ingenitū, quod de alio nō sit, qd̄ aperit dū dicit uel duos, qui nō sunt de alio. At Hieronymus ingenitū dicit, nō natum, quod ex uniuersali rerum diuisione quā ponit probatur. Omne (inquit) quod est, aut ingenitū est, aut factum, aut genitum. Quod tractando prosequens, quod dixerat ingenitū, non natum exponit, subiiciens de spiritu sancto exemplum.

De tri. li. 15. ca. 26.

Pulchra diuisio.

¶ DIStinctio Quartadecima.

¶ De gemina processione spiritussancti.

Probat pulchre q̃liter de⁹ det hoī bus nō solū dona eius.

PRocedit autē spūssanctus/& ab æterno a patre in filiū, & a filio in patrē. Et ex tēpore/ab utroq; cōmuniter, ad sanctifi/candā creaturā. Quando inq̃ animis hominū infundit, sensi/busq; eorū sanctificādis illabit. Sicut ait Aplus. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm̄ sanctum/qui datus est nobis. Quippe ipse spūssanctus, ipse tertia in trinitate persona nobis datur, Augu/stino testāte. Eundē enī spm̄ sanctū (inquit) datum, cum insufflasset Iesus in discipulos/de quo mox ait. Ite baptisantes eos in noīe patris & filii & s.s. ambigere non debemus. Et infra de eodē. Quomō ergo nō est deus/qui dat spm̄ sanctū? Immo/quātus est deus, qui dat deum? Qui cum sit inaccessibilis natura, receptibilis tamē ꝓpter bonitatem suā nobis est, complēs uirtute sua oīa. Sed solis participat iustis. Et infra. Angeli ad paucos mittebant, Spūs uero sanctus populis īsun/debatur. Quis igit dubitet, quin diuinū sit quod infundit simul plu/ribus nec uidetur? Augustin⁹ quoq; ait. Magna est misericordia eius, qui dat donum æquale sibi, quia donū eius spūssanctus est. His ergo & aliis pluribus auctoritatibus aperte monstrat/ ipm s.s. nobis dari, nō solum eius dona, quod quidā Bedæ auctoritate seducti credere recusant, Inquit enī, Cum spūs gratia datur hoībus, ꝓfecto mittit, & ꝓcedit a patre & filio/& spūsancto, qa eius missio est ipsa processio Porro ad hæc dicimus, qa uel nō oportet eum tantis auctoritatibus preiudiciū inferre, uel qd dicit. Sic sane intelligit/si subaudit, sancti ficandis hoībus. Mittitur ergo nobis & datur spūssanctus, non ideo tamen minor arbitrandus est, quia eum pater & filius mittit.

Ad Rom. 5.

De tri. li. 15. ca. 19.

Ioannis. 21.

Aug. in uerbis aplī. Caritas dei diffusa. &c.

Rūdet qbusdā male credentibus de tali ꝓcessiōe

Aug. in 4. de tri. ca. ultio.

¶ Vtrum ab hominibus detur Spiritussanctus.

¶ Præterea sciendū est. Spm̄ sanctū ab hoībus nō dari, qa cum eius donatio/supra sit dicta ꝓcessio, si ab hoībus daret spūssanctus, utiq; creator ꝓcederet, uel mitteret a creatura, quod est absurdū. Vnde Augu. Nō aliquis discipulorū Christi dedit spm̄ sanctū, orabāt qppe/ut ueniret in eos quibus manus imponebāt, nō ipsi eum dabāt. Quem morē in suis ꝓpositis etiā nunc seruat ecclesia. Et alibi. Nos accipere quidē hoc donū possumus, pro modulo nostro, effundere uero sup alios, nō utiq; possumus, sed ut hoc fiat, deum sup eos qui id efficit inuocamus.

De tri. li. 15. ca. 26.

Augu. ibidē

¶ Contrarium huic adducit & soluit.

¶ Sed huic obiicit, qd de se loqués Aplus ait ad Galathas. Qui tribuit spm̄ & operat uirtutes in nobis. Verū hoc intelligendū est Apostolū dixisse, nō auctoritate potestatis, sed ministerio prædicationis

Ad Galat. 3.

Determinatio.

Siquidē eo prædicante illis, spm̄ sanctū uisibiliter recæperāt. Namq; ab Apostolo prędicata est eis fides, in qua pdicatione spiritū sanctū aduenisse senserāt. Quippe in nouitate inuitationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis presentia sancti spiritus appareat.

¶ DISTinctio Quintadecima.

¶ Quod Spiritussanctus a seipso datur.

ETiam spiritussanctus seipsum dat. Cū em̄ donatio spūssctī sit operatio dei. Cōmunisq; sit, & indiuisa triū psonarū operatio, donat utiq; spūssanctus, nō tantū a patre & filio, sed etiā a seipso. De quo Augustinus ait, Ita dat spūssanctus sicut dei donum, ut etiā seipm det sicut deus. Nec etiā dici potest nō esse suæ potestatis, de quo dicitur. Spiritus ubi uult spirat. Ac per hoc spm̄ sanctum a seipso dari constat.

De trin. lib. 15. ca. 19.

Ioannis. 3.

¶ De missione Filii.

¶ Hic considerandū est, q̄ cū tres sint in trinitate psonæ, Pater solus nusq̄ legit missus, sed filius & spūssanctus. Missus est aūt filius a patre, ut Aplus dicit. Misit deus filiū suū factum ex muliere, ubi satis ostendit, Eo ipso missum filiū quo ex muliere factū. Et a spūsancto missus est Esaia dicente. Spūs dñi sup me, ppter quod unxit dñs me, euāgelisare misit me pauperibus, prædicare captiuis remissionem. ☞ Et etiā a seipso. Cum enī nō diffinitū fuerit per prophetam a quo datus sit filius, ostendit gratia trinitatis datus. Vnde etiā ipse filius se dedit, ut Augustinus ait. Cū una uolūtas sit patris & filii & inseparabilis operatio, ergo a patre & filio missus est idem filius, nō separato spū sancto, qa a patre & uerbo eius factū est, ut mitteret. i. ut incarnatus hoībus appareret.

Filius mittit a patre.

Ad Galat. 4.

Mittit a spū sancto.

Mittit a seipso.

De tri. lib. 2. ca. 6.

Opponit ex uerbis Christi.

Ioānis. 8. Rndet.

¶ Sed si hoc est. Cur ergo ait, A me ipso non ueni? Hoc autē dictū est, secundū formā serui, fm quā nō fecit ut mitteret. i. nō est opatus incarnationē, sed fm formā dei.

¶ De duobus modis mittendi filiū.

¶ Deniq; de duobus modis mittēdi filiū Augustinus distinguit dicens. Non eo ipso quo de patre natus est, missus dicit filius, scilicet. Vel eo q̄ apparuit huic mūdo, uerbū caro factū. Vnde dicit. Exiui a patre & ueni in mundū. Vel eo q̄ ex tpe cuiusq̄ mēte percipit. Sicut dictū est de sapiētia. Emitte illā de cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ, ut mecū sit, & mecū laboret.

De tri. lib. 4. ca. 20.

Ioannis. 16.

Sapiētiæ. 9.

Declarat dicta Augustini.

¶ Cæterū fm primū modum semel, & in hunc mundū & ut homo esset missus est. At fm alium sæpe & nō in hunc mundum, nec ut hō sit, sed ut cum hoīe sit mittit. Quod Augu. aperit dicēs. Aliter mittitur ut sit cum hoīe, aliter missa est sapientia patris, ut sit homo. In animas enī sanctas se transfert & amicos dei cōstituit. Sed cū uenit

De tri. lib. 4. ca. 20.

plenitudo tēporis missa est, nō ut esset cū hoībus, ut antea erat cum patribus & prophetis, sed ut ipsum uerbum fieret caro. i. homo.

¶ Quod filius fm q̄ est homo, patre & filio & spūsctō, & seipso minor est.

¶ Deniq̄ secundū q̄ factus est homo filius minor est patre. Ipse enī dicit. Pater maior me est. Quod ppter formam serui ueritas dicit, fm quam etiā minor spūsancto, & seipso dicit. Vnde August. Non sic accœpit formā serui, ut amitteret formā dei, in qua erat æqualis patri. In forma ergo dei æqualis est patri, in forma uero serui, etiā se minor est. Idest/dei filius æqualis est patri, fm formā in qua est, secundū formā uero/quā accœpit/nō modo patre, sed & spūs. imo etiā se minor inuētus est. Nec hoc tātum, sed etiā ab angelis paulominus minoratus est. Ioannis. 14. De tri. lib. 2. ca. 1.

¶ Quod Pater maior sit Filio, nec tū filius minor sit patre.

¶ Hilarius autē scdm etiā formā dei ppter generatiōis auctoritatē, patrē esse maiorē filio, nec tamē filiū minorē patre, dicere uidet his uerbis. Maior est utiq̄ pater filio, auctoritate donātis, cui tantū donat esse/quātus est ipse. Cui innascibilitatis esse imaginē sacramēto natiuitatis impartit, quē ex se in forma sua generat. Maior itaq̄ donans est, sed minor iam non est, cui unū esse donat. Ait enim. Ego & pater unum sumus. Vide lector sane Hilarii uerba, quæ ubicūq̄ occurrerint diligenter nota, pieq̄ intellige. Nono de trinitate. Ioānis. 10.

¶ DIStinctio Sextadecima.

¶ De duobus modis missionis spiritussancti.

Spiritus quoq̄ sanctus uisibiliter & inuisibiliter legit missus. Visibiliter em̄ missus est, quādo facta est quædā creaturæ species ex tēpore, In qua uisibiliter ostenderet spūssanctus. Siue cum in dūm ipsum corporali specie colūbæ descendit. Siue cum in die pentheco stes/factus est subito de cœlo sonus, quasi ferret flatus uehemens, & uisæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit super unum quemq̄ illorum. Hæc operatio uisibiliter expressa, & oculis oblata mortalibus, missio spūssancti, dicta est uisibilis. Aug. in. 2. li. de tri. ca. 5. De uisibili missiōe s. s.

¶ Quare, quū filius ppter naturā creatam in qua apparuit minor patre dicitur, & nō spūssanctus similiter.

¶ Sed quæritur. Si filius inq̄tum est missus, factus minor est patre. Cur ergo spūssanctus nō dicit minor patre, cum & ipse creaturā assumpsit, in qua & apparuit? Quia aliter assumpsit spūs creaturā, in qua apparuit, aliter filius. Nam filius accœpit per unionē, spūs uero nō. Nec enī illā columbā/uel illum flatum/uel illū ignē spūssanctus beatificauit, sibiq̄ in unitatē psonæ cōiunxit in æternū, sicut assumptus est filius hoīs, in qua forma ipsius dei, uerbi psona præsentaret, Rūdit quæstioni.

nō ut esset uerbū in carne.i.in homine, sed ut esset uerbū caro.i. hō.
Ioannis. 1. Caro enim posita est pro homine in eo ꝙ ait.Verbū caro factum est.
Ideoq; nusq; scriptum est,ꝙ deus pater maior sit spūsancto,& spiri/
tus sanctus minor patre.

¶ DIStinctio Decimaseptima.

¶ De missione Spiritussancti qua inuisibiliter mittit.

Q ffna di/ lectio sit s.s

QValiter spūssanctus inuisibiliter mittatur dicendum est.
Vt autē id intelligibilius tradat, ꝙ spūssanctus fraterna
dilectio sit/pmittamus.Etem sic esse August. ita docet.
Aug.in.8.li. de tri. ca. 7. uel.8. Nemo dicat quid diligā,nō noui,diligat fratrē, & diligat eandē di/
lectionē,magis em nouit dilectionē qua diligit, quā fratrē quē dili/
De⁹ notior est fratre. git.Ecce iam potest notiorē habere deum q̄ fratrem, plane notiorē,
quia præsentiorē,qa interiorē, qa certiorē. Idipsum quoq; apertius
Ioannis. 4. probat Augustinus,exēplo Ioannis.Ait em Ioānes. Diligāmus nos
inuicem,quia dilectio ex deo est,qui nō diligit, nō cognouit deum,
qa deus dilectio est.Ista cōtextio satis declarat aperte, eandē ipsam
fraternā dilectionē,qua diligimus inuicem,nō solū ex deo,sed etiam
deum esse.Cum ergo dilectione diligimus fratrē, de deo diligimus
fratrem.Est ergo fraterna dilectio deus.

¶ Q non per causam dictū sit Deus est charitas.

Psal. 70. ¶ Cæterū ne hoc putes per causam esse dictū, uelut Deus patiētia
De tri. li.15. ca.17. mea.Inquit Augustinus.Dictū est deo,tu patiētia mea,nō utiq; ideo
ꝙ dei substātia,sit nostra patientia,sed quia ab ipso nobis est.Vnde.
Psal.61. Ab ipso est patiētia nostra.Nō aūt sic dicturi sumus charitatē dictam
esse deum.Nec enim dicit.Deus charitas mea,aut tu es charitas mea
sicut dicit.Deus spes mea,tu es patiētia mea.Sed ita dictū est. Deus
charitas est sicut dicitur,deus spiritus est.

¶ Q fraterna dilectio sit nec pater nec filius sed tantū spiritussanctus.

¶ Cum aūt fraterna dilectio sit deus,nec pater est nec filius,sed tā/
tum spūssanctus,qui ꝓprie dilectio uel charitas dicit. Quippe si in
donis dei,nihil charitate maius est.& nullum est maius donū dei, q̄
spūssanctus,quid cōsequentius est,q̄ ut ipse sit charitas, quæ deus
est & ex deo,ut ꝓtaxatum est.Hoc qui nō discernit,intellectū a dño,
nō expositionē quærat a nobis.Non enim apertius quicq̄ dicere pos/
sumus. ¶ Quomodo spiritussanctus mittatur ut detur nobis.

¶ Tūc ergo mitti & dari dicit spūsctūs,Cū ita ī nobis est,ut faciat
nos diligere deū & proximū,per qd manemus in deo, & deus in no/
De tri.li.15. ca.16. bis.Vnde Augustinus.Deus spūssanctus qui ꝓcedit ex deo,cū datus
fuerit homini accēdit eum,ad diligendū deū/& ꝓximum.Est enī ipse

dilectio, per quā infundit in cordibus nostris, deus charitas per quā nos tota inhabitat trinitas. Quo circa rectissime spūssanctus cum sit deus, uocat etiā donum dei, quod donū pprie / quid nisi charitas intelligendum est. ¶ Vtrum non habenti detur charitas.

¶ His aūt quæ dicimus sic opponit. Charitas nō habēti datur. Si ergo spūssanctus charitas est, etiā nō habenti datur. Sed quomō datur non habenti, cū ipse ut deus sit ubiq; Sane ubiq; est, & in omni creatura totus. Sunt tamē multi qui eum nō habēt. Nō enī omnes spiritum sanctū habēt, in quibus est ipse. Alioquin & bruta spiritū sanctū haberent, quod fidei pietas nō admittit. Respōsio

An charitas augeat uel minuat.

¶ Item charitas augetur & minuit. Si ergo spiritussanctus charitas est, augetur & minuit, & ita mutabilis est, quod absurde dicit. Cui respondētes dicimus, hoc nō simpliciter concedi debere, sed cum hac adiectione, scilicet nobis / uel in nobis, in quibus utiq; augeat uel minuitur charitas, uel spūssanctus Velut deus in nobis, non utiq; in se, exaltari potest. Vnde. Accedet homo ad cor altum & exaltabit deus. Vbi dicit, q̄ deus nō in se, sed in corde hoīs grandescit. Porro ut uerius dicamus, nō in nobis charitas, sed nos augemur in ea. Vnde Augustinus. Probet se unusquisq; quantū in illo pfecerit charitas, uel potius, Quantū ipse in charitate pfecerit, Nam si charitas deus est, nec pficit nec deficit. Responsio. Psal. 53. In homilia 9. sup Ioānē

¶ Quod aliqui dicūt fraternā charitatē nō esse deū.

¶ Sane quidā cōcedentes, q̄ deus charitas est. Fraternā charitatem deum esse negant: scripturis etiā abutentes, quibus aliā esse charitatem, qua deus nos diligit, & aliā qua nos diligimus eum delirāt. Inquunt enim. Charitas dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Sicut domini salus dicitur, qua saluat, & fides Christi, qua nos fideles facit. Quibus dicēdum est. Augustinū nō sensisse his uerbis aliā atq; aliā dei charitatē esse. Sed cum una sit, eademq; diuersas rationes, quib⁹, in scriptura dei charitas appellat significasse. Dicitur enī dei charitas, uel quia ea deus nos diligat, uel quia nos ea sui dilectores facit. Est ergo prædictorū uerborum sensus. Charitas ibi. i. in apostolo dicta est charitas dei. Nō secundū q̄ deus nos ea diligat, sed secundū q̄ nos ea sui dilectores faciat. Vt aūt ex tali sensu hoc dici posset, per simile locutionis genus ostendit, ut domini salus, et cætera. Item inquiūt. Quū Ioannes cōmemorasset dei dilectionē, nō qua nos eum, sed qua ipse (inquit) dilexit nos. Volentes per hoc aliā atq; aliā asserere dilectionem. Nos autē etiā hæc ad superiorē redigentes sensum, sic ea intelligenda esse dicimus. Quasi cōmemorauit dilectionem dei Ioannes, Soluit. De spū & lītā c. 32.

non fm q̃ ea nos diligimus deũ, sed scd̃m q̃ ipse diligit nos.

¶ Alia ratione probant s.s.charitatem non esse.

¶ Item fortius urgentes dicũt. Vnde est dilectio, nisi unde & ipsa fides.i.a spiritu sancto? Si uero ab ipso charitas est, & ipse ea est, ergo & spiritus s.a se ipso est. Nos aũt fatemur spiritum s.a se ipso esse, nõ simpliciter, quia tunc uidetur dici sine principio esse. Sed adiicie/dum est nobis/quibus scilicet/seipsum dat spiritus s. Quo sensu etiã uerũ est, q̃ charitas a spiritu s. est.

¶ Iterũ aliter probant.

¶ Præterea ueritati adhuc cõtradicẽtes dicũt. Si spiritus s. charitas est, ergo ipse motus animi & affectio est, cũ charitas hæc sit. Inquit enim Augusti. Charitatẽ uoco motũ animi, ad fruendũ deo, & se, ac proximo, propter ipsum deũ. Item ubi dicit. Nihil poterit nos separare a charitate dei. Charitas dei (inquit) hic dicta est Virtus, quę animi nostri rectissima affectio est. Ad quod dicimus. Hoc dici nõ proprietate essentiæ, sed ratione efficientiæ. Sicut em̃ dicit. Deus spes nostra, & patientia. Nõ quia ea sit, sed facit. Ita & charitas dicit esse motus siue affectio animi, quia per eã mouetur, & afficit animus ad diligendũ deũ. Quamobrem frigida, ieiunaq̃ calumnia inimicorũ ueri, repulsa, libere confitemur. Charitatẽ spiritũ sanctũ esse. Irascant̃ ipsi, q̃ deus est & dei donũ, per quod multa dona singulis quibusq̃ propria diuiduntur.

De doctria Christi. li.3. ca.16.

Ang. in lib. de moribus eccle. catholicæ. ca.4.

ro. 8.

DISTinctio Decima octaua

¶ Quare spiritus sanctus dicat donũ & donatum.

Differẽtia ĩter donũ & donatũ.

De tri. lib.5.

QVI etiã donũ uel donatũ dicit diuersa ratione. Donum enim dicitur eo q̃ procedit: donatũ aũt eo q̃ datum sit. Vnde Aug. Spiritus sanctus donũ est patris & filii, quia ab utroq̃ procedit. Semp procedit spũs.s. & nõ ex tẽpore. Sed quia sic pcedebat, ut esset donabile, iam donũ erat anteq̃ esset cui daret. Aliter enĩ intelligit donũ, aliter donatũ. Nam donũ potest esse etiã anteq̃ detur. Donatũ uero nisi datum fuerit, nullo modo potest dici. Sempiterne ergo spiritus est donũ, tẽporaliter uero donatum.

¶ Ad quid & scd̃m quid referatur spiritussanctus.

¶ Proinde scd̃m quod donum est spũssanctus, ad patrem refert̃ & filiũ. Scd̃m uero quod donatũ est, uel datũ, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur. Vnde Augustinus. Quod datum est, & ad eum qui dedit refert̃, & ad eos quibus dedit. Ita spũssanctus nõ tantũ patris & filii qui dederũt, sed etiã noster/ qui accepimus dicit. Sicut scriptũ est de Ioanne, q̃ in spiritu uenerit Heliæ. Moysi quoq̃ dñs ait. Tollã de spũ tuo/ & dabo illis de spũ sancto. Loquẽs quem iam

De tri. lib.5. ca.14.

Lucæ.1.

Numeri. 11.

dederat

dederat ei. ¶ Quomodo filius dicatur noster ut spiritussanctus.

¶ Sed quærit, utrũ filius cum sit nobis datus filius, possit dici noster. Cui dicimus, q̃ filius/noster deus/noster redẽptor, & huiusmodi nõ aũt noster filius dicit. Quippe cum filius relatiue/tantũ ad illum qui genuit dicat. Patris tantũ/nõ noster filius dicit. Sic nec spũssanctus/noster s.s. dicit, uel nostrũ donũ. Cum utrũq; sempiterna relatione/tantũ dicit ad patrẽ & filiũ. Inde est/q̃ nusq̃ in scriptura occurrit ita dici, spiritus s. noster, uel tuus, uel illius. Hinc em̃ Augusti. ait. Quod de patre natũ est, ad patrẽ solũ refertur, cũ dicit filius. Ideoq; filius patris est & nõ noster. Dicimus tamẽ panẽ nostrũ da nobis, sicut spiritum nostrũ. Est em̃ filius noster panis, quia & nos reficit. Spiritꝰ uero sanctus noster spiritus, quia a patre & filio inspirat, & in nobis spirat, sicut uult. De tri. li. 15.

¶ Quod filius omnia quæ ab æterno habet nascendo & s.s. procedendo.

¶ Postremo sciendũ est, q̃ sicut filius nascẽdo habet, ut omnino sit, ita & spiritus procedendo. Vnde Aug. Filius nõ hoc tantũ habet, ut sit filius nascendo, sed ut omnino sit. Sicut aũt filio præstat essentiã de patre generatio, ita spiritui sancto de utroq; processio. Non aũt hoc dicimus, q̃ filius natiuitate sit essentia, ut spiritus sanctus, processione. Cũ alibi dicat, q̃ nec pater eo pater est quo deus, nec filius eo filius quo deus. His quippe nominibus eorum relatiua ostenduntur, nõ essentia. Sed quia sicut filius nascendo, oĩa quo sempiterne est, accœpit a patre, ita & spiritus sanctus, procedendo accœpit ab utroq;. Aug. 5. li. de tri. ca. 15.

¶ DISTinctio Decimanona.

¶ De qualitate trium personarum.

POst coæternitatis triũ personarũ tractatũ. De earundẽ qualitate dicere super est. Fides enim catholica sicut coeternas ita & coæquales tres asserit psonas. Quæ æqualitas, in quo notanda sit, docet Aug. dicens. Nullus horũ alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Quæ tria, licet quasi diuersa enumerent, idem sunt tamẽ in deo, essentia scilicet diuina. Vnde Aug. Non alio magnus alio deus est. Eadẽ quippe eius magnitudo est, quæ & essentia. Item uoluntas & potẽtia dei, ipse deus est. Item æternitas dei ipsa eius substantia est, nihil mutabile habens. In his ergo tribus uerbis triũ æqualitatẽ personarũ breuiter cõplexus est Aug. De fide ad Petrũ. c. i. De tri. lib. 7. capite prio.

¶ Q̃ una psona nõ est maior alia, nec tres simul una. &c.

¶ Sicut aũt æternitate aliqua triũ personarũ aliã non præcedit (ut dictum est) ita nec magnitudĩe alia excedit aliã. De quo dicendũ est. Pater enĩ nõ est maior filio, nec maior spiritu sancto. Nec maius ali/

quid duæ uel tres personę simul q̃ una, nec maior essentia est, in duabus, aut tribus, q̃ in una. Quia tota est in singulis. Vnde Ioannes Damascenus. Confitemur deitatis naturam omnẽ, perfecte esse, in singularũ suarũ hypostaseon. i. personarꝫ. Ideoq̃ perfectus deus pater, perfectus deus filius, perfectus deus spiritus sanctus. Vnde Augusti. Propter naturalẽ unitatẽ, totus pater in filio, & spiritus s. est, totus quoq̃ spũs s. in utroq̃ est. Inde est etiã q̃ pater dicit esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in utroq̃. Hoc aũt manifestius insinuat Hylarius dicens. Affert plerisq̃ obscuritatẽ sermo dñi cũ dicit. Ego in patre & pater in me est. Sane intelligendũ est, patrẽ in filio, & filium in patre esse, plenitudo utroq̃ diuinitatis perfecta est. Oĩa em̃ filius accœpit a patre, Nã si patrẽ eiusdẽ qui genuit accœpit neuter pfectus est, deesset em̃ ei unde discessit. Nec plenitudo in eo erit qui ex portione cõstiterit/cum sit absurdũ, cõfiteamur eandẽ in utroq̃, & uirtutis similitudinẽ/& deitatis plenitudinẽ. Quia ueritas dicit. Ego in patre & pater in me est. Ex hoc ergo sensu intelligit spũsanctus esse in utroq̃, & singula personarũ in singulis, quia eadẽ plenitudo diuinitatis, & similitudo naturæ in singulis cõprobat esse pſonis.

De fide ad Petrũ.ca.1.

Quid sit ego i patre & pr in me est.

Li.4.de tri.

Io. 14.

Ioãnis.14.

DIStinctio Vicesima.

Quod nullus potentia alium superat.

Similiter Pater nõ est potentior filio, uel spũsancto, nec duo aut tres simul, quã singuli eorꝫ. Quod aũt pater nõ sit potẽtior filio, ita pbat Augustinus/cõtra Maximinũ, qui patrem dicebat filio potentiorẽ. Oĩa (inquit filius) quę habet pater mea sũt. Atq̃ omipotentiã habet pater. Ea igit filii est/æqualis ergo est patri filius. Quod si negat, sic pbat Augustinus cõtra eundẽ, qui patre minorem filiũ falso dicebat. Tu (inquit) dicis, q̃ pater genuit filiũ minorem seipso, in quo & patri derogas. Qui si filiũ unicũ minorẽ genuit, aut nõ potuit, aut nõ uoluit gignere æqualẽ. Si autẽ dicis, quia non potuit/infirmus, si noluit/ inuidus inuenit. Quod utrũq̃ nemo dicere audeat. Ergo patri filius uere ęqualis est. Nec ad rem pertinet, si forte dicas potentiorẽ, & maiorẽ esse filio. Quia ipse de nullo potentiã accœpit, uel genitus est, filius uero a patre habet utrũq̃. Originis em̃ quęstio est/quis de quo sit. Aequalitatis aũt/qualis aut quãtus sit. Nõ ergo fm hoc/q̃ pater genuit, & filius genitus est, & spũs sanctus ab utroq̃ pcedit, æqualitas in æqualitate sua existit. Sed ordo naturæ demonstrat. Deniq̃ breue compendiũ in supradictorꝫ firmamentũ subiũgamus. Nihil aliud ibi est/magnitudo, uel potẽtia q̃ ueritas. Si igitur nullus est/ibi uerior alio, nec maior, nec potentior

Lib.3.ca.12.

Ioannis. 16.

Lib.3.c.7.cõtra Maximi.

etiam, perspicua ratione existit.

¶ DIstinctio Vicesima prima.

¶ In hac Magister Petrus Longob, ponit quomodo possit dici solus pater uel solus filius uel solus spūssanctus cū sint inseparabiles, quam distinctionē Bandinus hic non ponit.

¶ DIStinctio Vicesima secunda.

¶ De nominibus quibus de deo loquimur.

NVnc de noĩbus quibus de Deo loquimur subiiciamus. Eorū itaq; alia sempiterne deo conueniūt, alia ex tempore. Quæ aūt sempiterne, alia ꝓprietatē deitatis exprimunt, & personalia dici possunt, ut generatio/filius/uerbū. Alia sunt quæ unitatē diuinæ maiestatis ostendūt, ut sapiētia/uirtus/ueritas/ & huiusmodi Sunt & alia quæ trāslatiue per similitudinē de deo dicunt, ut splēdor speculum/& huiusmodi. Cæterū quæ tēporaliter de deo dicunt, alia relatiue, & de oĩbus dicunt personis, ut dominus/& creator, quædā sunt quæ nō de omnibus, ut donatus/datus/missus. Alia ex tempore dicunt nō relatiue, nec de oĩbus ut incarnatus/humanatus/& similia Est ꝑterea quoddā speciale rationis nomen, nec personale, nec essentiale, sed quasi collectiuū omniū personarū, quod de nulla per se dicitur sed de oĩbus, ut trinitas. ¶ Quot modis nomina de deo dicunt.

¶ Cum aūt tot prædictoꝝ nominū differētiæ sint, tenendum est, q̄ ea oĩa quæ unitatē essentiæ significāt, ad se/& substātialiter dicunt, & de singulis singillatim ꝑsonis, & singulariter nō pluraliter in summa accipiūtur. Vnde Augustinus. Quicquid ad seipm dicit deus, de singulis personis dicit similiter, & simul de ipsa trinitate, nō pluraliter/sed singulariter. Velut pater est deus, filius est deus, spūssanctus est deus, nō tamē hanc trinitatem, tres deos esse/ sed unum dicimus. Quod de similibus noĩbus/& eis quoq; quæ ex tēpore/ & relatiue de oĩbus dicunt personis, dici poterit. Quæ uero ad singulas personas proprie pertinēt, relatiue aliquādo/nunq̄ aūt substātialiter dicunt. Vnde quod ꝓprie singula in trinitate persona dicit, nullo modo ad seipsam, sed ad aliā inuicem uel ad creaturā dicit. Ideoq; relatiue nō substātialiter dici manifestū est, ut pater & filius & spūssanctus.

De tri. lib. 5.

Aug. ibidē.

¶ DIStinctio Vicesima tertia.

¶ Tractat de nominibus substātialibus in diuinis in speciali.

HOc quoq; nomē, quod est Persona, ad se & ꝓm substantiam dicit. Vnde dicit Aug. Nō est aliud deū esse, aliud personā esse, sed oĩno idem. Itē pater ad se dicit ꝑsona, nō ad filiū, uel spm̄ s. sicut ad se dicit deus, & magnus/& bonus. Et quēadmodū

De hoc nomine ꝑsona

De tri. lib. 7. ca. 6.

hoc illi est esse, quod deum esse, quod magnũ/quod bonum. Ita hoc est illi esse, quod personã esse. Si aũt ita est, Cur hæc tria/pater/filius & spũsanctus/dicimus tres psonas, nõ unã personã, cũ nõ tres deos, sed unũ dicamus? Inquit Augustinus. Quia uolumus (inquit) uel unũ aliquod uocabulũ seruare huic significatiõi/qua intelligiẽ trinitas, ne omnino taceremus interrogati/quid tres? Etenĩ fatemur tres esse cum scriptũ sit. Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo. Sane/cũ quę/ritur quid tres? Magna prorsus inopia humanũ laborat ꝛloquium. Nec emẽ occurrit aliquod nomen quo ꝓprie complectamur, hęc tria. Ideoq; pia fides, hoc de cęteris assumptũ uocabulũ huic articulo de/putauit, per quod satisfaceret, quod in secretario mentis de deo te/net. Et per qualẽcunq; intelligentiã (dũmodo piam) quid tres, po/scẽti utcũq; ꝓferret. Diciẽ quippe quod tres psonę, nõ ut quod quę/ritur illud dicatur, sed ne omnino taceaẽ. Quia sup eminentia diuini/tatis, usitati eloquii facultatẽ excedit. Verius enĩ deus cogitaẽ q̃ di/citur, ueriusq; est/q̃ cogiteẽ. Prædicta igitur necessitate hoc nomẽ a ꝑdicta regula nominũ excipiẽ, quæ scdm substantiã de deo dicuntur. Quia cum hoc ad se dicaẽ/& substãtialiter, nõ singulariter/sed plura liter in summa accipiẽ. Tres emẽ/nõ unã, sed tres personas esse cõfi/temur. Græci quoq; eadẽ penuria loquẽdi artati/tres hypostases di/cunt, & unã usiam. i. tres substãtias/& unã essentiã. Nihilq; moueat, q̃ illi tres substãtias, nos aũt unam dicimus tantum, Cum fm linguæ suæ uernaculũ, aliter q̃ nos substantiæ uocabulum intelligant.

Vbi supra

1. Ioannis. 5.

Augu. lib. 5. de trinitate

Q̃ necessitate ducti/latini tres psonas. Græci tres hypostases noiarunt.

¶ Quod in trinitate nõ est multiplicitas uel singularitas.

¶ Licet aũt tres personæ sint (ut dictũ est) nulla tamen penitus di/uersitas uel singularitas ibi est. Sed unitas & trinitas. Vnde August. Humana inopia quærẽs quid diceret tria, dixit tres personas/uel sub stantias. Quibus nominibus nõ diuersitatẽ intelligi uoluit, sed singu laritatem uoluit, ut nõ solum ibi unitas intelligaẽ, ex eo quod diciẽ essentia una, sed trinitas ex eo, q̃ dicunẽ tres personæ. Item Ambro/sius. Non est diuersa uel singularis ꝛqualitas, uel iuxta Arrianos pa/trem filiũq; secernẽs, uel iuxta Sabellianos, patrẽ filiũq; cõfundens. Pater enim & filius distinctionẽ habẽt, separationẽ nõ habent. Vnde si alicubi occurrerit, hæc. s. diuersæ personæ, distinctæ intelligendũ est. Similiter nec triplicitas/nec multiplicitas in deo est. Et ideo non est dicendus triplex/uel multiplex, sed trinus & simplex. Hinc Aug. Nõ quoniã deus trinitas est, ideo triplex putãdus est. Et Ambrosius Nec confusum quod unum est nec multiplex esse potest/quod indif ferens est. Multiplex itaq; deus nõ est, sed simplex & unus. Cuius nul

De tri. lib. 7. ca. 9.

In lib. de tri.

De tri. lib. 1. ca. 2.

la trium personarꝫ pars est, quia singula earũ/uerus/& pfectus deus est. Vnde Augustinus. In trinitate pater deus est, & filius deus est, & spũs sanctus deus est, & simul hii tres unus deus, nec maius aliqd sunt omnes q̃ singuli, q̃ spiritualis nõ corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat, qui uero nõ potest credat & oret, ut quod credit/ intelligat. Verũ em̃ est quod per pphetã dicit. Nisi crediderit is/ non intelligetis. ¶ Quomõ tres psonæ dicunt unus deus, uel unius essẽtiæ.

Mathei. 19.

Esaiæ. 7.

¶ Est pręterea sciendũ. Tres personas esse unũ deum, uel eiusdem essentiæ, nõ fm materialẽ causam, ut tres statuæ, unũ aurum. Vel fm complexionalẽ similitudinẽ, ut tres homines dicunt eiusdẽ esse naturæ. In statuis enim plus auri est tres simul, q̃ singulæ. In tribus autem personis nõ maior essentia est/ q̃ in singula. Item in tribus hoibus/ nõ solũ est unus homo, sed duo & tres homines. Cum in trinitate tantũ sit unus deus. Deniq̃ nec fm prædicamentalẽ rationẽ, ita scilicet/ ut essentia intelligat genus, & tres psonæ species, Vel ut una essentia species, & tres personæ indiuidua putent. Quippe/ si scd'm genus/ & species/ & indiuiduũ ista differimus, ita tres essentiæ sicut tres psonę dicentur, uelut Abraam Isaac & Iacob, sunt tria indiuidua, ita quoq̃ tres homines & tria animalia dicuntur. Cæterum hinc illud Ioannis Damasceni cõtraire uidet. Substantiã alias contentiuã (inquit) signi/ ficare cõmunẽ & circumplectiuã speciem homoideon, hypostaseon. i. similium speciẽ personarꝫ, ut puta, deus/ homo. Hypostasis autem indiuiduũ demonstrat. s. patrem/ filium/ spiritũ sanctũ. Petrũ/ Paulũ & huiusmodi. Sane intelligendus est Ioannes hoc dixisse, non scd'm existentiã pprietatis, sed propter similitudinẽ prędicationis. Sicut enim cõmune est quod de pluribus dicit, indiuiduũ autem quod de uno solo, sic & essentia diuina, de omnibus personis dicitur. Quæli/ bet uero earum, non de alia, sed de seipsa tantum enunciatur.

Q̃ non fm mãlem causam pbat. Hæc i mgro ponunt dis. xix.

Probat q̃ ñ dint species de idiuiduis

Locꝰ iste in magro dist. xix. est.

In li. de tri.

Alia trãslatio. Qd igit aliud ẽ substãtia & alid hypostasis sæpissime dicere solemus. Et qd substãtia cõem & ostentiuã earũ q̃ eiusdẽ spẽi sũt hypostaseõ designat speciẽ, ut deus hõ, hypostasis.

¶ Qualiter numero personæ differant.

¶ Adiecit etiam idem Ioannes quiddam/ silentio non prætereundũ Inquit enim, numero non natura differre dicũtur Hypostases. Quod ut sane intelligas nota. Alium esse numerũ quo numerat, accidentalem (scilicet) proprietatẽ. Alium qui numerat/ ipsa. s. numerabilia. Hypostases ergo in numero differunt. i. ab inuicem distinctæ sunt numerabiliter. i. ita ut computare sic possis. Pater est unus. Pater & filius sunt duo. Pater/ & filius/ & spiritussanctus sunt tres, non autẽ differunt numero accidentali scilicet proprietate, quasi alia unitas sit in una persona, q̃ in alia, cum eadem unitas sit in omnibus ineffabiliter scilicet diuina essentia.

Nũeri differentiã ponit.

¶ DIStinctio Vicesima quarta.

¶ Qualiter numerales dictiones, unus duo tres huiusmodi accipiant cum de deo dicunt.

HIc ergo sciendũ est sanctorũ auctoritatibus scrutabiliter intendentibus/numeraliũ dictionum usum, uelut/ unus/ duo/ tres/& huiusmodi, introductũ esse, nõ ratione aliqua ponẽdi, sed magis remouẽdi a simplicitate deitatis, quæ ibi non sunt.

¶ Quid per unum significet cum de deo loquimur.

¶ Cum enim dicit unus deus, multitudo deorũ per unũ excludit, non numeri quantitas in diuinitate ponit, quasi dicat, deus est, nec multi dii sunt. Vnde Ambrosius. Cum unũ tantũ dicimus deum, unitas excludit numerũ deorũ, nec quantitatẽ in deo ponit, quia nec quãtitas/ nec numerus ibi est. Similiter cum dicit, unus est pater, unus est filius ratio dicti hæc est, ita scilicet esse patrem & filium / ꝗ non multi patres uel filii. Ita de similibus.

De tri. lib. 1. ca. 11.

¶ Quid per plures.

¶ Item cum dicimus plures esse personas, singularitatẽ atq; solitudinem excludimus, nõ diuersitatem, uel multiplicitatẽ ibi ponimus. Quasi dicamus/sine solitudine, ac diuersitate, uel singularitate personas confitemur. Vnde Hilarius. Dixit deus, faciamus / & nostram. Professione pluralitatis, nõ diuersitatẽ uel multitudinẽ posuit, sed solitudinẽ & singularitatẽ negauit. Ita etiã cum dicimus tres personas, nomine ternarii, nõ diuersitatẽ ponimus, sed intelligentiã non ad aliũ, q̃ patrem & filiũ & spm̃ sanctũ referendã significamus. Vt singularitas/ibi nõ esse monstret. Vt sit sensus. Pater & filius/ & spũs/ sanctus sunt tres personæ. i. nõ tantũ hæc persona uel illa, uel tantũ hæc & illa, sed hæc & illa, & illa/in deitate sunt, & nulla alia. Quod ita esse intelligẽdum August. satis ostẽdit ubi dicit. Quibus noĩbus nõ diuersitatẽ itelligi uoluit, sed singularitatẽ noluit.

Lib. 4. de tri. Genesis. 1.

De tri. lib. 5. ca. 9.

¶ Quid p duo.

¶ Similiter & cum dicitur, Pater & filius sunt duo, hic est sensus, Quod nõ est tãtum pater uel filius, sed pater & filius, Et hic non est ille.

¶ Quid per distinctas & discretas.

¶ Cũ aũt dicimus districtæ uel discretæ sunt psonæ. Cõfusionẽ Sabellianã excludimus, & hãc nõ esse illã significamus.

Quid per aliam.

¶ Ita etiã cũ dicit alia est persona patris, alia filii, per aliã nõ separationem, sed suæ pprietatis distinctionẽ ostẽdimus. Ait enim Ambrosius. Pater & filius distinctionẽ habẽt, separationem nõ habẽt.

De trinitate

¶ Quid per hoc nomen trinitas.

¶ Nomen autem quod est trinitas, id significare uidetur, quod hæc oratio, Tres personæ. Sicut ergo nulla personarum tres personæ,

ita quoq; nulla earum est trinitas.

¶ DIStinctio Vicesimaquinta.

¶ Quid nomine personæ significetur cum pluraliter dicit.

QRæterea uideamus cum hoc nomen persona, fm substantiã dicat. Vtrũ pluraliter dictũ, idem significet. Quod quidam sentiẽtes sic pbare nituntur, Cum quæritur (inquiũt) quid tres, uel quid tria, cõuenienter respondet/ tres personæ. At per quid, de essentia quæritur. En ergo huic q̃stioni recte respõdemus, oportet ut respõdendo noĩe personæ essentiã significemus. Adiiciunt. August. etiã ait. Ideo dici tres psonas, quia cõmune est eis id quod est persona Deniq; nihil illis cõmune est, nisi essentia. Sed si hoc est, Quomodo dicet/ alia est persona patris, alia filii, quasi alia essentia? Sane hoc ita intelligendũ aiunt. s. Alius est pater, alius est filius, id tamẽ cõmune habẽtes, quod est persona, Quod auctoritate Augustini cõfirmant dicẽtis, Tres personas eiusdẽ essentiæ, uel eandem essentiã dicimus. Nõ ex eadẽ essentia/ quasi aliud ibi sit qd̃ essentia est. Aliud qd̃ psona Sicq; arbitrantur tres personas, in esse personã omnino cõuenire.

De tri. lib. 7. ca. 4.

De tri. lib. 7. ca. 6.

¶ Sed si sic est. Qualiter cõstabit, quod dicit Aug. de fide ad Petrũ. Alius est pater in persona, siue psonaliter, alius personaliter filius, alius psonaliter spũsanctus? Ideo aliũ sensum quæramus, iuxta sanctorũ auctoritatẽ. Rñdẽdo triplicẽ significationẽ huiꝰ nois psona oñdit.

Obiicit.

¶ Sciendũ igitur cum quæritur, quid tres, uel quid tria, non de essentia quæri, nec ibi quid ad essentiã referri, Sane cum christiana fides tres cõfiteatur esse, p eo qd̃ scriptũ est. Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, qd̃ tres dicat/ exigit. i. quo noĩe illos tres declaret. Hac igitur quæstione artata, ppter loquẽdi penuriã, dixit tres personæ. Nõ inq̃ intelligẽs per hoc nomẽ essentiam sed subsistẽtias, uel Hypostases, fm Græcos. ¶ Determinat inductam auctoritatẽ ab eis.

1. Ioãnis. 5.

¶ Deniq; eo magis hii tres, tres personæ. i. subsistẽtiæ dici possunt, qua cõmune eis est, id qd̃ persona est. i. essentia. Nec em̃ ipsi tres uerę subsistẽtiæ dicerẽtur, nisi unusquisq; uera essentia esset.

¶ Quid sit, alia est hæc persona, alia illa.

¶ Sciẽdum q; tam facile, q̃ recte intelligit/ quo sensu dicat. Alia est psona patris, alia filii. i. Alia subsistẽtia uel hypostasis est patris, alia filii, Vel alia persona est pater, alia filius. i. alia subsistẽtia uel hypostasis est pater, alia filius. Sic de spũsancto intellige. ☞ Quod autem Augustinus dixit. Alius est in persona/ uel psonaliter pater, alius filius, licet eodem sensu dici possit cõgruentius, tamẽ ibi personæ nomine, personalẽ proprietatẽ intelligi putamus, Vt sit sensus. Alius/

Soluit dictũ Augustini.

est in persona uel psonaliter pater/q̃ filius.i. proprietate sua pater, alius est/q̃ filius.

¶ Triplex significatio huius nominis Persona

¶ Sic itaq̃ triplex est in trinitate huius nominis/persona/ significa/tio. Est em̃ quãdo essentiã/& est quãdo proprietatẽ,& est quãdo sig/nificat hypostasim. Quippe q̃ essentiã significet, supra ex dictis Au/gustini aperte cõstat. Quod aũt ꝓprietatẽ, sicut dicit Hieronymus. Non nomina tantũ, sed etiam nominũ ꝓprietates.i. personas, uel ut Græci exprimũt Hypostases.i. subsistẽtias confitemur. Quod uero hypostasim significet Ioannes Damascenus ita inquit. In deitate unã naturã cõfitemur,& tres hypostases.i. psonas ꝓm ueritatẽ entes. Por ro notandũ hęreticos hoc nomine quod est hypostasis, ad simplices capiendos fuisse usos, qa pro persona & essentia interdum dicebat̃. Ideo monẽte Hieronymo cum nõ bonæ suspitionis sit, uel tacendũ est cõtra hæreticos, uel cum suis interp̃tationibus dicendũ.

Ad Alippiũ &Aug.epos

Lib. ad Damasũ de fide catho.

¶ DIStinctio Vicesima sexta.

¶ De proprietatibus personarum.

IAm de ꝓprietatibus personarꝫ uideamus, quæ etiã Notiões siue Relationes plerũq̃ dicunt̃. Ac prius de his agamus, quę sunt Generatio/Natiuitas/& Processio. Quæ etiã ꝓprieta/tes dicunt̃. Quia ꝓm eas/ ꝓpria personarꝫ asignant̃. Vnde Augusti. Propriũ patris est, q̃ unum filiũ genuit. Propriũ filii, quia de essentia patris natus est. Propriũ quoq̃ spũssancti est, qa de patre filioq̃ ꝓce/dit. Dicunt̃ etiã notiones, quia per eas noscunt̃.i. ab inuicẽ personæ distinguũtur. Etiã eædem relationes dicunt̃, quia eis adinuicẽ psonæ referunt̃. Quæ quidẽ nõ sunt deo accidẽtales, sed in ipsis psonis sunt ab æterno immutabiliter. Vnde Aug. Nihil in deo ꝓm accidẽs dicit̃, nec tũ omne quod dicit̃ ꝓm substantiã de deo dicit̃. Dicit̃ enĩ ad aliqd ut pater ad filiũ,& filius ad patrẽ quod nõ est accidẽs, quia ille semp pater,& ille semp filius. Et quia pater nõ dicit̃ semp pater, nisi ex eo q̃ ei filius est, Et filius nõ dicit̃ filius, nisi ex eo q̃ habet patrẽ, nõ ꝓm substantiã hæc dicunt̃, sed ad inuicem. Deniq̃ Hilarius/patris & filii asignãs propria ita ait. Si semp patri propriũ est, q̃ semp pater est, necesse est, semper filio propriũ esse, q̃ semper est filius. Item. Nato deo manifestũ est/propriũ esse/q̃ est filius.

Lib. de fide Petrũ.

ꝓpriũ pr̃is.
ꝓpriũ filii.
ꝓpriũ sp.s.

De tri.lib.5. ca.4.&.5.

De tri.li.12.

Aug.& Hilarius.

¶ DIStinctio Vicesima septima.

¶ An easdem ꝓprietates asignent expresse August.& Hilarius.

SEd quarit̃. Vtrũ easdem ꝓprietates Hilarius & Augustin⁹ exp̃sserint? Quod si concedit̃, idem est, ergo patri esse pa/trem & genuisse filiũ. Si aũt hoc est, cuicũq̃ conuenit unũ,

& aliud

& aliud. Sed natura diuina est pater, ergo genuit filiũ, qd nõ sane dicitur. ☞ Huic aũt quæstioni sine ꝓiudicio sanioris sensus, respõdentes dicimus, quod Hilarius ubi dixit, propriũ est patri, ꝙ semp pater est ita intelligendũ, Vt hoc nomen pater, ibi hypostasim significet, cũ determinatione relationis, ut sit sensus. Propriũ patri est ꝙ semp pater est. i. ꝙ semper genuit. Quẽ sensum ipse quoq; declarat cũ subiicit, Ergo qui nõ semper pater est, nõ semper genuit. Cæterũ, cum de natura diuina pater dicit, Hypostasim sine determinatiõe relationis ponit, Vel ut planius dicat, nõ relatiue dicit, ut sit sensus. Natura diuina est pater. i. Hypostasis quæ pater est. Sic de hoc noĩe filius & spũsctũs ĩtellige. ¶ Ponit noĩa Hypostases cũ relatiõibus ꝓcantia.

Rñdet qæstioni.

Exponit Hilari.

¶ Deniq; uocabulorũ, alia significant hypostases cũ relatiõibus, ut generãs/natus/ꝓcedens/& huiusmodi. Alia quæ significãt relatiões tantũ, ut generatio/natiuitas/ꝓcessio/& huiusmodi, Et hæc omnia tam de ꝓsonis, q̃ de natura dicunt. Alia sunt quæ determinatiões significant tantũ, ut gignere/nasci/& ꝓcedere/& similia, quæ tantũ de personis, nunq̃ autẽ de natura diuina dicunt. Etenĩ ꝓprietates, tantũ personas, non naturã determinãt. Vnde Ioannes Damascenus. Non differũt ab inuicẽ hypostases scd'm substantiã sed scd'm characteristica idiomata, idest determinatiuas ꝓprietates. Characteristica uero. i. determinatiua sunt hypostaseon, & nõ naturæ. Ac per hoc uidet, nõ omno idem esse dicere, aliquid esse patrẽ, & genuisse filiũ, uel aliquid esse filiũ, & habere patrẽ, Vel esse spũsanctũ, & ꝓcedere ab utroq;. Plane ei quod Hilarius dixit, nato deo propriũ esse ꝙ filius est. Contrariũ esse uidet, ꝙ etiã homines filii dei sunt & dicunt, scd'm illud, Filii excelsi omnes. Et illud, filius meus ꝓmogenitus israel. Cæterũ homĩes filii dei sunt/factura, unigenitus aũt nascibilitatis ꝓprietate. Vnde idẽ Hilarius. Nos quidẽ filii dei sumus, sed per facturã, qa ꝓ gratiã facti sumus, nõ nati, acquisiti, nõ generati. Ex adoptione enĩ homo filius dei est, nõ ex generatiõe. Qualiter tota trinitas sit pater.

Quædã relationes tũ.

Determinationes quædam dicunt.

Hũc locũ etiam disti. 33. mgr Petrus ponit.

Exodi. 4.

¶ Sciendũ ꝙ tota etiã trinitas pater hominis dicit. Vnde Augusti. Non potest dici trinitas pater, nisi forte trãslatiue, ad creaturã, propter adoptionẽ filiorũ. Quem em̃ unũ dominũ deũ nostrũ dicimus, & patrẽ/propter gratiã suã regenerantẽ nos, recte dicamus. Constat enĩ unigenitũ propriũ filiũ dei esse, sed per naturã. Homines etiã, sed per gratiã. Ita quoq; cum plura sint dona dei, spũsanctus ꝓprie dicit donũ dei, eo ꝙ æterna ꝓprietate, uel relatiõe dicat, quæ in hoc nomine donũ, manifeste apparet. Vnde Augu. Spũsanctus in eo ꝙ ꝓprie dicit, ad patrẽ filiũq; refertur. Sed ipsa relatio non apparet in

Donũ dei ꝓprie spũsanctus dicit.

hoc nomine, apparet aũt cũ dicit, dei donũ. Nec mouet, q̃ hæc noĩa uicissim ad patrẽ & filium nõ respondẽt. In multis enĩ relatiuis hoc contingit/ut nõ inueniatur uocabulũ quo sibi uicissim respondeat. Cum ergo dicimus donum patris, & filii, nõ quidẽ dicemus, patrẽ doni, aut filiũ doni. Sed ut hæc uicissim respõdeant. Dicimus donũ donatoris, & donatorẽ doni. Donator tamẽ nõ fuit deus, nisi ex tẽpore cum spũssanctus sit donũ ab æterno. De hoc nomine uerbum.

¶ Præterea sunt alia noĩa q̃ relatiue dicunt ad patrẽ, eadẽ notione qua filius, ut uerbũ/& imago. Vnde August. Eo dicit filius quo uerbũ & eo uerbũ quo filius. Idem. Dicit relatiue filius, relatiue etiã dicitur uerbũ & imago. Et in his oĩbus uocabulis ad patrẽ refert. Nihil autẽ hoc pater dicitur. An fm substantiã dicant hæc noĩa, Deus, & lumẽ. &c.

De tri. lib. 6

Idem in. 5.

¶ Deniq; essentiæ noĩa, ut deus/lumẽ/& huiusmodi, nunq̃ relatiue dicunt. Aliq̃ aũt p relatiuis. i. pro psonis accipiunt, ut cũ dicit, deũ de deo, lumẽ de lumine. Alterũ em̃ p patre, alterũ pro filio ponim⁹.

¶ DIStinctio Vicesima octaua.

¶ De hoc nomine Imago.

Imago Genesis. 1.

De tri. lib. 5.

In li. de fide ad Petrũ.

ALiquãdo tamen imago essentiã signat. Velut ibi. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã. Vnde Hilarius. Homo fit ad cõmunem imaginẽ. Et Augustinus. Vna est trinitatis imago, ad quã factus est homo. Notandũ etiam, q̃ patrẽ esse, filiũ esse, tantũ relatione sunt diuersa. Vnde, quãuis diuersum sit esse patrẽ & esse filium, nõ est tamẽ diuersa substãtia, quia hic nõ scd'm substantiã dicit, sed fm relatiuũ. ¶ De hoc nomine ingenitus.

¶ Oportet præterea scire patrẽ dici ingenitũ, alia pprietate q̃ genitorẽ. Vnde cum de deo patre utrũq; dicatur, alia notio est, qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Hæc aũt est innascibilitas. Vnde Hilarius. Est unus ab uno. i. genitus ab ĩgenito, pprietate uidelicet in unoquoq;/& originis & innascibilitatis. At fm hãc notionẽ, ad nõ genitorẽ refert. Vnde August. Sicut filius ad patrẽ, & nõ filius ad nõ patrẽ refertur. Ita genitus ad genitorẽ, & nõ genitus/ad nõ genitorẽ referri necesse est. Ingenitus porro quid est, nisi non gentius?

4. lib. de tri.

De tri. lib. 5.

¶ DIStinctio Vicesima nona.

¶ De hoc nomine principium.

Pr principiũ

De tri. lib. 4. ca. 20.

NOmen aliud præterea est. s. Principiũ, qd' semp relatiue dicitur, multipliciter tñ. Dicit em̃ pater principiũ, & filius, & spũssanctus, sed differẽter. Nam pater principiũ est/ad filiũ qa ab eo genitus est, & ad spm̃sanctũ, qa ab eo pcedit. Vnde August. Pater est principium totius diuinitatis. i. filii & spũssancti, in quibus

singulis tota diuinitas est. Filius autē spūssancti principiū est, qa ab eo ꝓcedit. Spūs uero sanctus, tantū ad creaturas principiū est, Denique pater principiū est, sine principio. Filius uero principiū est de principio. Et spūssanctus principiū de utroq̃. Cæterū pater est ab æterno principium filii, & pater & filius principiū spūssancti. Spūs uero sanctus nō ab æterno est principiū, sed ex tēpore. Quippe cū creaturarum tātum principiū sit, Creaturis esse incipiētibus, & ipse cœpit principiū esse earū. Ita etiā tota trinitas cœpit esse principiū ad creaturas. Esse aūt principiū ad creaturas, est esse creatorē. Vnde Augu. Cum diceret ei. Tu quis es? Respōdit. Principiū qui & loquor uobis. In quo creatorē se ostēdere uoluit. ¶ Vnū tm principiū esse nō plures.

Filius principium. Spūssanctus principiū.

Quid est cē principiū.

Io. 8.

De tri. lib. 5. ca. 13.

¶ Hii aūt tres nō sunt tria principia, sed unū, qa uno eodēq̃ modo operant in rebus ut sint. Hoc aūt intelligēs Aplus ait. Ex ipo, & per ipm, & in ipso sunt oia. Dicēdo aūt oia naturas intellige, & quæ naturaliter sunt, nō peccata quæ naturā uiciāt, & ex uolūtate peccantiū nascuntur. ¶ Quomō pater dicat principiū ad filiū, filius ad sp. sanctū.

Roma. 11.

Aug. de natura boni.

¶ Dicit aūt principiū Pater ad filiū, eo q̃ genitor. Etenī si gignēs ad id quod gignit, principiū est, pater ad filiū principiū est, q̃ genuit eū. Eodē etiā mō pater auctor dicit filii. Vnde Hilarius. Ipso quoq̃ quo pater dicit eius quē genuit, auctor ostendit, id habens nomen quo neq̃ ex alio ꝓfectū intelligat, & ex quo is qui genitus est substitisse doceatur. ¶ Q̃ eadē Notione Pater & filius sint principiū spūss.

¶ Fatendū quoq̃ est patrē & filiū unū principiū esse spūssancti, nō duo. Vt enī pater & filius ad creaturā unus creator, & unus dominus dicit, sic relatiue ad spm̄sanctū unū principiū. Cūq̃ principiū dicant ipsi duo ad spiritū sanctū, qa spūssanctus ꝓcedit ab utroq̃. Nec aliter ꝓcedit a patre q̃ a filio. Sane intelligi potest patrē & filiū, eadē relatione sempiterna dici principiū spūssancti, cuius nomē nō habemus.

¶ DIStinctio Tricesima.

¶ De his quæ relatiue dicuntur ex tempore.

Vnt etiā quædā nomina, quæ ex tēpore deo conueniūt, & relatiue de deo dicunt, uelut Creator / Dominus / Refugiū, & huiusmodi. Vnde August. Creator relatiue dicit ad creaturā sicut dominus ad seruū. Ista ergo relatiua appellatio ex tpe est deo. Alioquin cogimur creaturā sempiternā dicere, quia ille sempiterne nō dominaret, nisi etiā ista sempiterne famularet. Sicut aūt non potest esse seruus, nisi habeat dm̄, sic nec dominus / nisi habeat seruū. Hæc aūt de deo dicunt fm accidēs, quod non in ipso, sed in creatura tm̄ est. Et ideo sine mutatione sui, hæc dicit deus, quod in minori ap/

De tri. lib. 5.

Deus pcium dicit.

paret. Nūmus em cum dicit preciū relatiue dicit, nec tamē mutatus est cū cœpit esse preciū, neq; cū dicit pignus, & huiusmodi. Si ergo in his minimis hæc ita se habēt, multo fortius de illa incommutabili substātia dei, credendū est, q; aliquid ex tēpore dicat, nihilo tamē mutato. Appellatio itaq; qua creatura ad creatorem refert, relationē in ipsa creatura ponit. Qua uero creator, ad creaturā refertur, relatiua tantū appellatio est, nullam proprietatē in deo notans.

¶ Spūssanctus datus dicit relatiue & ex tēpore.

¶ Sic spūssanctus datus, uel donatus dicitur, ex tempore relatiue.

¶ V. Spiritussanctus ad seipsum relatiue dicatur.

¶ Si aūt quærit an spiritussanctus ad semetipsum relatiue dicatur, qa Augusti. ait, quod datur refertur ad illū qui dat, & ad illū cui dat, & spūssanctus dat seipm. Respōdemus. Spiritūsanctū ad se non referri, qa dans trinitas est, cui datur creatura. Vel nullum incōueniens esse dicimus, si hic ad seipm referri dicat, quia dati uel donati appellatio, quantū ad dantē nullā notat pprietatē, sed quantū ad recipiētem dūtaxat. Quod si quantū ad dantē pprietatē notaret, tunc non posset ad seipm referri. Etenim sic a seipso diceret diuersus. Quod non faceret appellatio sola, sed proprietas.

Respōsio.

¶ DIStinctio Tricesima prima.

¶ De his duobus nominibus æqualis & similis.

An æqlis & similis dicāt de deo relatiue uel fm substantiā.

IN trinitate præterea dicit æqualis/& similis, relatiue quidē, quia sicut Hilarius ait. Sicut simile sibi nihil est, ita & æquale aliquid sibi nō dicit. Non aūt fm relationē, sed fm substantiā dicit Vnde August. Non scd'm hoc, qa ad patrē dicit, filius est æqualis patri. Restat igit, ut scd'm id æqualis sit, quod ad se dicitur. i. scd'm substantiā. Igit in his sola appellatio relatiua est. Aequalitas aūt & similitudo, in tribus personis, est summa & indifferēs substantiæ diuinæ simplicitas.

De tri. lib. 5. ca. 6.

¶ Quorundam opinionem ponit.

¶ Porro quidā dicunt, his noībus nō aliquid poni, sed remoueri, ut filius dicat æqualis patri/quasi nec maior eo sit, nec minor. Ita & similis quasi in nihilo diuersus/uel dissimilis, quod satis fideliter dici manifestum est.

¶ Qualiter Hilarius personarū propria distinguat.

Hilari9 in li. de Synodis.

¶ Nō est aūt prætermittendū uel prætereundū/ qd' Hilarius ppria personarū insinuans ait. Aeternitas est in patre, species in imagine, usus in munere. In æternitatis aūt uocabulo, nō eum sequendū arbitrat Augustinus, nisi quod pater nō habet patrē de quo sit. Deniq; in imagine speciē nominauit, credo ppter pulchritudinē, ubi est prima æqualitas, & tāta cōgruentia, ut identidē ei cuius est imago respōde/

Aug. in. 6. li. de tri. exponit uerba hilarii.

at. Est aūt patris & imaginis delectatio, uel beatitudo ineffabilis, si tamē uoce humana digne dicit, quæ usus ab eo breuiter dicta est. Munus autē idem est quod donū. Donum est spūssanctus, Qui uidet hæc ex parte, uel per speculū, gaudeat cognoscēs deum, & gratias agat. Qui uero nō uidet, tendat per pietatē ad uidendū, nō per cœcitatem ad calūniandum.

Qualiter Augustinus propria personarū distinguat.

¶ Augustinus etiā ppria personarū distinguens ait. In patre est unitas, In filio æqualitas, In spūsancto unitatis æqualitatisq; cōcordia Et tria hæc oīa, unū ppter patrē. Aequalia oīa propter filiū. Cōnexa oīa ppter spm̄sanctū. Denique unitas patri fm Augustinū attribuit, ea forsan ratione, qua eidem æternitas supra attributa est, fm Hilarium. Vel ideo etiā, qa pater unū principiū totius deitatis. Qui cū sit unus deus, nascēti de se filio, pcedenti a se spiritui sancto, unum eundemq; deum esse dedit secum. Sicq; oīa sunt unū propter patrē. Aequalitas aūt filio, quia ipse est imago patris. Imago aūt si perfecte illud implet cuius est imago, ipsa coæquat ei, nō illud imagini suæ. Filius aūt pfecte implet illud cuius est imago. Vnde coæquat ei. Datur etiam spirituisancto, ut sibi & patri sit æqualis. Per hoc itaq; elucet utcunq;, qualiter hæc tria sint ppter filium æqualia, nō a filio. Ista sine præiudicio melioris sensus, cum timore pronunciamus. Cæterū cōcordia spūisctō attribuit, quod facilius ītelligere licet. Est em̄ spūs amor ineffabilis patris / & filii. Vnde Augusti. Spūs est summa charitas, utrumq; cōiungens, noscq; subiungēs. Recte igitur propter eum omnia connexa dicuntur. Inde est quod in sapiētia omnia dicitur continere.

Lib. 1. de doctrina chris.

Quare unitas attribuitur patri.

Aequalitas filio.

Cōcordia spūisctō. 7. lib. de tri.

¶ DIStinctio Tricesima secunda.

¶ Vtrum Pater uel Filius Spiritu sancto diligat.

EX his deniq;, cum etiā supradictū sit spūssanctus est, quo genitus a gignēte diligit, genitorēq; suū diligit. Videt pater & filius spūssanctus esse, q; in trinitate nihil est aliud esse, q̄ diligere. Sed dicimus distinguendū esse, q; dicit pater & filius, spūsancto diligūt. i. per spm̄sanctū, bene dicitur, ut supra Aug. per spm̄sanctū s. oīa esse cōnexa. Si uero dicitur spūsancto, hoc est a spūsancto diligunt, falso dicitur. Sic em̄ auctoritas principii in spiritu poneretur. Vel ut dicitur. Pater æqualis est filio, per filiū, nō utiq; a filio. Vel etiam diligere, nō significare ibi / esse dicimus, sicut nec dilectio in trinitate, semp̄ significat essentiā. Vt ibi pbat Augustinus. Deus est dilectio. Relatiue quippe dici uidet, quod genitus a gignēte spūsancto diligitur. Quod si absolute diceretur. Pater siue filius diligit, uel di-

Quæstio. In pcedēti q̄stione in dicto August.

Respōsio.

7. de trini.

Aliter rndet

ligens est spũsancto, tũc arbitror substãtiue diceret. Quod cum nus/quam occurrat, puto eo ipso pdictum sensum adiuuari. Quod si ita sit, inanis est quæstio, cum aliud in trinitate sit. Patrẽ spũsancto dili/gere, & patrẽ spũ s. filiũ diligere. V. Pater sit sapiẽs, sapiẽtia a se genita.

¶ Quærit utrũ pater sit sapiẽs, sapiẽtia genita. Quod uidet ex eo quod Aplus dicit. Christũ esse dei uirtutẽ, & dei sapientiã. i. patris. Quod si ita est, probat cõsequenter pater esse ea, quia hoc ibi est esse quod sapere, 1. Corinth. 1

Vtrũ Filius sit sapiens sapiẽtia genita.

¶ Item quærit. Vtrum filius sit sapiẽs, sapiẽtia genita, quod concedendũ esse uidet. Alioquin eũ nõ uidet sapiẽs seipso, cum ipse solus sit sapiẽtia genita. Sane si concedit, incurritur prædictũ incõueniens Ad quod dicimus, Neq patrẽ/neq filiũ/sapiẽtia genita sapientẽ esse. Sed ingenita/quæ tantũ pater est. Vnde Augusti. Est deus pater sapiens, ea quæ ipse est sua sapiẽtia, & filius sapiẽtia patris est sapiẽs de sapientia quæ est pater/de quo est genitus. Sic etiã de intelligẽtia dicendum est. 15. li. de tri.

Filius quomodo dicatur sapientia & uirtus dei.

¶ Porro filius dicitur sapiẽtia patris, & uirtus, nõ quia pater per eũ sapiat, uel possit, sed quia filius sapiẽtia & uirtus est, de patris sapientia & uirtute. Ne aũt per hoc plures sapiẽtias dicere putemur. Vnam tantũ in trinitate cõfitemur sapientiã, sed quæ nõ tantũ uno modo dicit. Dicitur aũt genita uel ingenita sapiẽtia, nec est genita ingenita, una tñ tantũ sapiẽtia. Sicut unus deus tantũ est. Dicitur & genitus & ingenitus, nec genitus est ingenitus. Vnus tñ idẽq deus. Dupl̃r dr̃ sapiẽtia in diuinis.

¶ An filius a se uel per se dicatur sapiens.

¶ Item quæritur. An filius sapiẽs sit seipso. Quod distinguimus. Si ergo dicitur seipso. i. a seipso, falso dicit. Vere aũt dicitur seipso. i. per seipm. Velut dicit, filius agere nõ a se, sed per se. Vnde Hilari⁹. Naturæ cui cõtradicis Heretice, hæc unitas est, ut ita per se agat filius, ne a se agat, & ita nõ a se agat, ut per se agat. Deniq dicens nõ a se agit, auctoritatem principii ab eo remouet. Dum uero dicit per se agit, unitatem naturæ in eo confitetur. Li. 9. de tri.

¶ DISTinctio Tricesima tertia.

¶ Q pprietates sunt ipsæ personæ uel deus. i. diuina essentia.

DEniq fideliter firmiterq tenendũ est. Proprietates/de quibus hactenus disseruimus in psonis esse, p eo q scriptũ est. In psonis pprietas, & in essentia unitas. Et ipsas psonas esse, alioquin multiplicitas esset in deo. Plane quicqd deus ab æterno habet deũ esse, manifesta ueritate probatũ supra reliquimus, exceptis relatiuis. Proinde personas pprietatibus distingui, & ipsas esse

personas, sic aperte Hieronymus dicit. Sabellii hæresim declinátes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non em̃ nomina tantũ, sed & nominũ ꝓprietates. i. personas confitemur. Sunt tamẽ qui mente sacrilega, & uoce infausta hoc negare nõ trepidant. Blasphœmius aliquid addẽtes, s. ꝓprietates utiq; in ꝑsonis esse, sed nõ intrinsecus, ĩmo etiã extrinsecus affixas. Quod ridiculũ de insania ꝑsumptionis eorũ erũpere nõ dubitamus. Deniq; quod somniant ita ꝓbare contendũt. Si ꝓprietates (inquiũt) ꝑsonæ sunt, nõ eis ꝑsonæ differũt. Cõtra quod dicimus, quia etiã seipsis personæ differre dicũtur. Vnde Hieronymus de his tribus loquẽs dicit. Substãtia unũ sunt personis autẽ ac noĩbus distinguũtur. Sunt etiã diuina essentia ipsæ ꝓprietates, unde Hilarius de una earum ait. Natiuitas nõ potest nõ esse ea natura, unde nascat̃ filius, non tamẽ diuina essentia, sed solis ꝓprietatibus ꝑsonæ differunt. Quod quidẽ uere dicitur, sed qualiter hoc sit, nec attingit̃ nec tenetur. Verbo; enim significantiã rei ipsius natura consumit.

In expositione fidei.
Quorũdam falsam opionem refellit
ꝓbatio opinõis ꝑdictæ
Rñsio.
In exp. fidei
Lib. 7. de tri.

¶ Aliam obiectionem ponũt Hæretici.

¶ Insurgunt etiã ueritatis æmuli & dicunt. Si paternitas/ & filiatio in diuina essentia sunt, eadem res igitur/ pater est/ & filius/ & sic ipsa eadem res, & generat/ & generat̃. Quod hæretice dici plusq̃ manifestum est. Sed qui hoc dicũt, supra etiã moniti esse debent. Proprietates/ non naturas, sed tantũ personas determinare. Quod semel dictũ etiã hic iterare nõ piget, quo sepius uersando, familiarius ĩnotescat. Characteristica ergo inquit Ioannes idiomata sunt. i. determinatiuę ꝓprietates hypostaseos, & nõ naturę. ☞ Sed inquiunt, Quomõ in essentia sunt ꝓprietates, & eam nõ determinãt, cũ in ꝑsonis ita sint, quod eas determinent? Dicimus aũt firmiter ita esse tenendum, sed qualiter hoc sit nõ cõfundamur, nescire fateri, cũ Hilario etiã dicẽte. Ego nescio, nõ requiro, sed cõsolabor me tamẽ, Archãgeli nesciunt, angeli nõ audierũt, sæcula nõ tenẽt, ꝓpheta nõ sensit, apostolus nõ quæsiuit, filius ipse nõ edidit. Cesset ergo dolor quærelarũ.

Soluit.
Alia obiectio.
Respõsio.

¶ DIStinctio Tricesima quarta.

¶ Quare distincte dicat̃, Pater potẽs, Filius sapiẽs, Spũssanctus benignus.

PRæterea sciendũ est, quod Potentia/ Sapiẽtia/ Benignitas tametsi tribus ꝑsonis cõueniant, quia ꝓm substantiã dicunt̃ scriptura tamẽ frequẽter hæc noĩa distincte ad ꝑsonas referre solet, ut Patri potẽtia, Filio sapiẽtia, Spũisa. benignitas tribuat̃. Non ociose quidẽ, qppe hæc noĩa pater & filius in creaturis accepta, Priorẽ filio patrẽ, & sic ex antiqtate defectũ in patre, Et filium patre posteriorẽ, & sic in eo sensus imperfectionẽ notare solet. His aũt ad

creatorem translatis, ne infirmitas hominis de similitudine creaturæ dei abscōdita mentiret. Occurrit scriptura dicens. Patrē potentē, ne uideat prior filio, & ideo minus potēs. Et filiū sapientē, ne uideatur posterior patre, & ideo minus sapiēs. Non qd pater ibi solus sit potens, uel magis potens, aut filius solus, uel magis sapiēs. Item. Hoc nomen spiritus attrocitatē notare solet ac rigorem. Ne aūt aliquid hō de deo tale putaret, ꝑ quod ad deū accedere metueret, scriptura tēperauit sermonē, nominās spiritū benignū, non qd solus spiritus sit benignus, uel magis benignus. De noibus trāslatiue de deo dictis.

¶ Postremo sciendū speculū, splēdor, figura, & similia, quæ de deo per translationē dicunt, nullatenus ad expressionē ꝓprietatis eorūdem nominū dici, sed ad aliquā spiritualē intelligentiā habendā, quā ex causis dicendi, suis quibusq; locis, pietas lectoris assumat.

¶ DISTinctio Tricesima quinta.

¶ De scientia Dei.

Quot mōis dicat sciētia dei.

Præsciētia. Dispositio. Prouidētia. ꝑdestinatio

Ephes. 1. Esaiæ. 64. & Corinth. 2.

Quæstio.

Soluit.

QVamuis plura præmissa sunt de his, quæ de deo ſm substantiā dicunt, de quibusdā eorū tamē specialis ponēdus est tractatus. Scientia, uidelicet, dei uolūtate, & potētia. Scientia igit dei cum sit una, & simplex, diuersa sortitur nomina, ꝓpter diuersos rerū creatarū effectus. Dicit enī Prescientia, Dispositio, Prouidētia, & Prædestinatio. Est aūt præsciētia & prouidentia, de futuris tantū, tam de bonis q̄ de malis. Dispositio uero de faciendis. Prouidētia de gubernādis. Prædestinatio de saluandis, & eorū bonis, quibus hic liberant, & in futuro coronabunt. Vnde aplus Elegit nos ante mūdi constitutionē, ut essemus sancti & immaculati Et ꝓpheta. Oculus nō uidit, deus abs te, quæ ꝑparasti diligētibus te. ☞ Sed si ita est, Videtur quod si futura ab æterno nō essent, nec præscientia, nec aliorū singulū in deo esset, & ita nec essentia. Quia idem in deo est essentia, qd ꝑscientia. Item si ab æterno futura non essent, nec deus præsciret, & ita nō esset, cum idem sit ei præscire quod esse. ☞ Ad quod dicimus, Quia hoc nomē ꝑscientia, & singulū prędictorū essentiā designāt, & relatiue ad futura dicunt. Ac per hoc cum ita dupliciter sint, distinguēda est locutio qua dicit. Si nulla essent futura, nō esset in deo ꝑscientia. i. nō esset in deo scientia, quæ est ꝑscientia, mentit. Si uero dicatur esse in deo scientia, sed qua futura nō cōprehenderet, uera est. Similiter & istā. Si nulla essent futura, deus nō esset prescius. Distingue. Ita & de cæteris dicas. Quippe, & si nihil tale de deo diceret, cū nulla essent ab æterno futura, nihilominus tamē in deo scientia esset, quæ est de oībus, tam de bonis q̄ de malis tempo-

ralibus

ralibus & æternis. Vnde Ambrosius. Omnis ratio supernæ & terrenę sapiētiæ in eo est, quia omnē sapientiā & essentiā capit sua immensa sapiētia. Ideo omnia esse dicūtur in deo ab æterno. Vnde Augustin⁹. Sup Genesi
Hæc uisibilia anteq̄ fierent & erant, & non erāt, erant in dei sciētia, nō erāt in sua natura. Nota eā fecit, nō facta cognouit. Inde est q̄ dicitur. Quod factū est, in ipso uita erat, nō q̄ creatura sit creator, sed Ioannis. 1.
qa in eius scientia semper est, quæ uita est. Scdm hoc dicit, quod uocat ea quæ nō sunt, tanq̄ ea q̄ sunt. Vnde Augu. Et pulchritudo agri Sup illū Iocum ps. 49.
mecū est. Cum illo sunt oīa, cognitiōe quadā ineffabili sapiētiæ dei.

¶ DIStinctio Tricesima sexta.

¶ Vtrum omnia sint in dei essentia.

Sed cum idē sit scientia dei & natura, uel essentia, Quęritur an oīa sint in dei natura? Non. Cum dicat August. Electos habet apud semetipm, nō autem in natura sua, sed in p̄sci/ entia. Sed cum idem sit, oīno natura dei/ & scientia. Quid est quod in scientia oīa esse dicunt, & nō in natura? Forsan hæc est una de causis. Quia hoc nomen natura simpliciter ponit essentiā. Scientia uero idē esse utiq̄ ponit, sed nō oīno sine respectu scibiliū dicit. Inde est etiā q̄ nō quicqd in scientia dei est, in eius dilectione esse dicit. Quia hæc noīa/ dilectio/ scientia/ & huiusmodi, cū ppter uarios status rerū de creaturis sint translata ad creatorē, diuersis respectibus dicunt ad res ipsas. Quibus impediētibus nō quicqd per unū nomē dicimus, p aliud etiā dicere debemus. Verbi causa. Oīa in dei sciētia sunt, quia nihil effugit plenitudinē eius noticiæ. Non aūt oīa in dilectione sua sunt, quia nō omnibus munus gratiæ conferre dinoscitur. Quæstio. Sup uerba apli, Elegit nos āte mūdi ꝓstitu. ꝓbat dictū.

¶ Vtrum mala debent dici esse in deo.

¶ Sed cum omnia in deo sint per scientiā. Quærit utrū cōcedamus mala esse in deo. Scit enim oīa deus, tam bona q̄ mala. Sane quis nisi insanus mala esse in deo cōcedat? Ideo hoc uerbū deus scit, pro uari/ etate scibiliū distinguendū est. Scit eā deus quædā tantum esse, uel præterita uel futura esse, ita q̄ nec approbat, nec sibi placēt. Vnde & a longe cognoscere ea dicit. Sicut scriptū est. Et alta a longe cognoscit. Scdm q̄ quibusdā dicet. Nō noui uos. Huiusmodi nō dicunt esse in deo, quia eis auctoritatē existendi nō præstat. Ea igit tantū in deo esse dicunt, quoq̄ auctor est, bona. s. quæ ex ipso & in ipo, & per ipm sunt, ut ait scriptura. Quæ tria (ut Ambrosius ait.) Vnū sunt quantū ad auctoritatē rerū quę sunt/ ut sint. Sane nō confuse hoc accipiendū est, quod Āplus ad distinctionē personaq̄ posuit. Ex ipso dicēs, propter patrē, per ipm ppter filiū, in ipso ppter spm̄ sanctum. Sic tamē Rūsio. ps. 138. Mathei. 7. Roma. 11. Lib. 2. de spiritusancto.

hoc credas, ut oia ad singulũ referas. Ex patre em, & per patrem, & in patre sunt omnia. Ita de filio & spiritu sancto. Notandũ tamẽ generalius dici ex ipso, q̃ de ipso. Ex ipso enim cœlum & terra, sed non de ipso, cum nõ sint de sua substantia. Sicut ex homine tam filius est, q̃ domus ab eo facta, sed de homine solus filius.

Qualiter differat ex ipo & de ipso.

¶ DIStinctio Tricesima septima.

¶ Quomõdo deus est in rebus & locis corporalibus.

Dicto qualiter res sint in deo. Quærendũ uidet, Qualiter deus sit in rebus. Est igit sciendũ deum tantũ in seipso esse, anteq̃ res creatę essent. Creatis itaq; cœlo & terra, ipsa repleuit. Vnde. Cœlum & terrã ego cõpleo. Augustinus etiã. Deus ubiq; est, cui nõ locis sed actiõibus ꝓpinq̃mus. Quõ deus sit gnaliter in oibus rebus, & in sctis.

Hieremi.23.

¶ Est igit deus præsentialiter/potẽtialiter/essentialiter in omibus rebus cõmuniter. At in sanctis specialiter. s. per inhabitantẽ gratiã. Vnde Greg. Licet deus cõmuni modo rebus oibus insit ꝑsentia/ potentia/substãtia, familiarius tamẽ, per gratiã inest illis, qui mirificentiam operũ dei acutius cõsiderant, & fidelius. Vnde cognoscũt illũ, & diligũt. Ac ꝑ hoc inhabitare illos dr deus. Hinc est. Cœlũ mihi sedes, terra aũt scabellũ pedũ meoꝝ. Et alibi. Thronꝰ sapiẽę, aia iusta ẽ De hoc est qd nõ dicimus. Pater noster q es ubiq;, cũ & hoc uerũ sit, sed q es in cœlis. i. in sctis. Quõ deus ihabitet quosdã eũ nõ cognoscẽtes.

Sup cantica ca.61.

Esaiæ.66.

In lib. sapiæ

¶ Inhabitat etiã deus quosdã nondũ cognoscẽtes eum, uelut parmulos sacramẽto christi cõfirmatos, quos ipse sibi dilectissimũ tẽplũ gratia suæ bonitatis ædificat. Qualiter deus in Christo sit.

¶ Est etiã deus in Christo, excellẽtiori mõ, uel q; qd nõ ꝑ adoptionẽ sed per unionẽ, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. In Christo igit deus excellẽter, in sanctis misericorditer, ubiq; ineffabiliter, sed qualiter sit, explicare nõ possumus. Multa enĩ de deo intelligimus, q̃ loqui penitus nõ ualemus. Ita etiã multa loqmur, q̃ intelligere idonei nõ sumus. Quõ deus ubiq; sit & nõ coinquinet sordibus.

¶ Sane cũ ubiq; sit deus, quomõ sordibus nõ inquinat? Sed quantũ hoc sit friuolum, etiã in spiritu creato probat, & in solis radiis manifeste irridetur. Quod deus non mutetur per loca & tẽpora.

¶ Cum autẽ deus sit ubiq;, & omni tẽpore, non tamen mouetur per loca & tẽpora, quod solũ creaturarũ est. Vnde Augustinus. Omipotens incõmutabili æternitate/uolũtate/ueritate/semp idem mouet. Per tempus creaturã spiritalem. Per tẽpus autem & locum/ creaturã corporalem. Non tamen eius substantia, qua deus est, tẽporibus locisq; mutatur. Per tempus autem mutari est, uariari scdm qualitates.

Sup Genesi

Quid sit per tẽpus mutari & locũ.

Per locũ aũt mutatur, quod locale est. Quod duobus modis cõtingit. Quid p locũ
Dicit em locale aliquid si interpositione sui faciat. Circumstantiã/distantiã/ppter dimensiones, quod propriũ est corporis. Vnde Augu. Lib. 83. qsti.
Locus in spacio est, quod lõgitudine/altitudine/& latitudine corporis occupatur. Dicit em locale, quod loco tantũ terminat. i. ita est alicubi, quod nõ est ubiq; Quid sit locale.
quod etiã angelo cõuenit. Vnde etiam Beda. Super Lucã.
Angelus spiritus circũscriptus est. Sũmus aũt spiritus incircũscriptus, intra quẽ currit angelus quocũq; mittat. Item Ambrosius. Sera/ Lib. de tri.
phin de loco ad locũ trãsit, nec em omia complet. Deo aũt nihil horum cõuenit. Quippe nec distãtiam sui interpositiõe facit, nec ita est
alicubi, quod nõ sit ubiq;. Vbiq; em deũ esse, supra probatũ est. Non Aug. ad Dardanum.
tamẽ quasi spaciosa magnitudine opinãdus est, per cũcta diffundi, sicut lux ista uel humus, sed potius sicut in duobus sapiẽtibus æqualiter/quoq; alter altero, grãdior est corpore, eadẽ tamẽ sapiẽtia, nec in maiore maior, nec in minore minor, nec in uno minor q̃ in duobus, ita deus in cœlo totus, in terra totus, & in utroq;, & ubiq; totus. Nõ igit mutat deus per loca & tẽpora, qa nec ullis qualitatibus uariat. Nec mouet/q; in pluribus est hodie creaturis q̃ heri. Quippe in hoc nõ ipse, sed creaturæ tm incipiẽdo esse, uel deficiẽdo mutarent.

¶ DIStinctio Tricesima octaua.

¶ Redit ad ppositum, & inquirit. An scientia dei sit causa futuroq;, uel futura sint causa ipsius.

NVnc repetẽtes superiora. Quæramus, Si sciẽtia dei, prescie/tia/prouidẽtia/sint causa futuroq;? Quod si ita, Videt q; impossibile sit, nõ euenire quæ præscita sunt. Impossibile em
est, dei præscientiã falli. Falleret aũt si præscita nõ euenirẽt. August. 15. li. de tri.
etiã dicit. Vniuersas creaturas nõ quia sũt, ideo nouit, sed ideo sunt
quia nouit. Item alibi. Hæc quæ creata sunt nõ ideo sciũtur a deo qa De tri. lib. 6.
facta sunt, sed potius ideo facta sunt, quia immutabiliter a deo sciuntur.

¶ An scientia dei sit causa malorum.

¶ Sane si hoc dicit, & maloq; etiã sciẽtia dei, causa esse uidet. Cum
& eas sciuerit anteq̃ fierẽt, quod est absurdũ. Ad quod dicimus. Im/ Rñdet quæsitis.
possibile est pscita nõ euenire. i. nunq̃ aliter cõtingit. Ideo aũt ab Augustino positũ, nõ est causale, sed consecutiuũ, ut sit sensus. Nõ qa
sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. i. nõ noticia dei secuta est existẽtiam rerũ, sed existẽtia earũ/noticiã dei. Quod ipse declarat cũ sequẽter adiũgit. Nõ em nesciuit, quæ fuerat creatur?, Vel de bonis/intellexit ibi Augustinus. quoq; utiq; deus causa est. non de malis, q̃ tãtum noticia comprehẽdit, quoq; nõ est auctor, utpote/quæ nõ sunt

sua. Vnde/nō ideo quenq̃ ad peccādum cogit deus, quia futura homi
num peccata prænouit. Illoꝝ enim præsciuit peccata, non sua.

¶ An necessitate bona sint quoꝝ deus causa est ut sint.

¶ Sed quod bonoꝝ est causa deus ut sint. Nūquid necessitate bona
fiūt? Si em ita est, nō ꝓficiūt, cum omne meritū penes uoluntatē cōsi/
Psal. 53. stit. Et ꝓpheta. Volūtarie sacrificabo tibi. Si dicimus, qa deus bono/
rum est, ut sint, causa effectiua, ul' dispositiua, nō necessitatē inferes.
Quid id esset/si libero arbitrio extincto, bona quælibet efficeret, etiā
nobis inuitis?

¶ Ponit, qualiter futura nō sint causa sciētiæ dei.

¶ Patet ergo, qualiter dei scientia sit nō futuroꝝ causa. Deniq; fu/
tura/nullatenus sunt causa sciētiæ ipsius, cum nec tēporale æterni,
Sup epłam ad Roma. nec creatura sit causa creatoris. Origenes tamē dicit. Non propterea
aliquid erit, qa id scit deus futurū, sed qa futurū est, ideo a deo scitur
anteq̃ fiat. At hoc sic intellige. Nō sciretur a deo futurum, nisi esset
futurum.

¶ Vtrum præsciētia dei falli possit.

¶ Licet aūt præsciētia dei falli nō possit. A quibusdā tamē oppo/
situm sic probat', Quia potest aliquid nō æuenire, cum euenire sit pre
Respōdet. scitum, uel euenire, cū nō sit prescitū/euenire. Quod si esset fallere'
dei ꝓscientia. Sed quāuis ad instantiā multipliciter respōdeatur. Di/
cimus tamē eo dūtaxat modo, aliquid fuisse præuisum, quo ueniret.
Cæterū hæc locutio, Impossibile est aliter euenire cū sit ꝓscitū, prę/
uisum & huiusmodi, fm coniunctionē & disiunctionē sunt determinā
dæ. Si enī ita intelligas, nō potest simul utrū ꝙ esse, ꝙ deus præscie/
rit, hoc ita fieri, & aliter fiat, uerū est. Quod si ita dicis, hoc nō potest
aliter fieri q̃ sic/sicut ante deus fieri præsciuit/falsum est.

¶ DIStinctio Tricesima nona.

¶ Vtrum Scientia dei possit augeri uel minui.

Similiter quærit'. Vtrū sciētia dei possit augeri uel minui. Qd
ita ꝓbari uidet' quia posset facere, quod nunq̃ facturus esset,
& illud si faceret sciret. Item posset deus nō facere, quod fa/
cturus est, ꝙ si nunq̃ faceret, etiā nō sciret. Dicimus aūt, ꝙ sciētia dei
quæ essentia diuina est, cū nō sit ibi aliud esse, q̃ sapere nec augeri po
test nec minui, scita tamē augeri possūt, & minui, sine mutatiōe sci/
entiæ dei. Ratio aūt quare nō possit augeri uel minui, hæc est, Quia
tūc demū augeret', uel minuere' sciētia dei, si inciperet aliqd scire uel
nescire deus, qd' īpossibile esset.

Oppositio an incipiat deus aliqd scire.

¶ Sane a quibusdā dicit'. Si deus potest aliqd scire, qd' nunq̃ sciuit.
Rñdet obiectioni. Potest ergo aliquid incipere scire. Dicimus aūt hoc nō sequi, & illud
nō recipiēdum, absq̃ cōiunctionis disiunctionisq̃ diuisione, uelut si

dicas. Potest scire quod nunq̃ sciuit. i. ita modo scire hoc, quod nunq̃ scierit, illud falsum est. Quasi utrũq; simul esse possit. Quod si disiũctim dicas, hoc potest modo scire deus, hoc tamẽ de illo est, qd̃ nunq̃ sciuit, uere ꝓponit̃. Omniũ ergo tam p̃sentiũ q̃ præteritorꝫ & futurorꝫ, deus scientiá habet. Nec moueat quod Hieronymꝰ dicit. Absurdũ esset ad hoc deducere dei maiestatẽ, ut per momenta singula sciat, quot culices nascant̃, quotue morian̄t̃, q̃ota etiá pulicũ uel muscarũ, sit multitudo. Hoc enĩ dixit, nõ hoc a scientia dei remouẽs sed nos ne eandem rationabiliũ & irrationabiliũ prouidentiá dei esse putemus admonens. In expõne Abacuch.

¶ Distinctio Quadragesima.

¶ De specialibus effectibus Scientiæ dei, id est de Prædestinatione & reprobatione.

DEniq; de Prædestinatiõe aliquid dicendũ est. Prædestinatio igitur est gratiæ p̃paratio, quæ sine p̃scientia esse nõ potest. Et est saluandorũ tantũ, diciturq; electio. Præsciẽtia uero, sine prædestinatione est de damnandis, & dicitur Reprobatio. Aug. lib. de p̃destinatõe sanctorꝫ.

¶ An damnari prædestinatus, uel reprobatus saluari possit.

¶ Deinde quer̃it̃. Si p̃destinatus possit dãnari, uel reprobatus possit saluari? Non. Quia nec augeri nec minui potest numerus electorꝫ. Vnde Augusti. super illud Apocalipsis. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuã. Si alius nõ est acceptur̃us, nisi iste p̃diderit, certus est electorꝫ numerus. i. nõ potest augeri nec minui. ☞ Sed obiicit̃ Omnis salus ex gratia est, & quod gratis datur, posset nõ dari. Quod si fieret, numerus electorꝫ minuerẽt̃. Item. Vnicuiq; gratia ad promerendũ potest dari, & usq; in finẽ seruari, quod si fieret, numerus electorum augerẽt̃. Sed hoc impossibile est, quare & illud nõ sequitur. Immo prudẽter aduerte, in huiusmodi obiectiõibus, antecedẽs freq̃nter esse posibile, consequens impossibile. Verbi gratia. Si modo scit deus quod nunq̃ sciuit, ꝓculdubio incipit ex tẽpore aliqd scire. Deniq; antecedẽs posibile est, consequẽs nequaq̃. Sic de p̃uidẽtia & sil̃ib⁹ repies. Rõnẽ assignat q̃re nũer⁹ ælectorꝫ nec augeri nec minui possit. Apoca. 1. Obiicit. Nota.

¶ Porro ratio plana est, quare nõ potest augeri uel minui, ælectorꝫ numerus. Quia tũc demũ augerẽt̃, si quis modo inciperet p̃destinari. Tũc uero demũ minuerẽt̃, si quis tũc demũ inciperet reprobari. Hoc aũt utrũq; impossibile est deo. Hæ tamẽ locutiones ſm cõiunctionis sensum, & distinctionis recipiunt̃. Vt impossibile est p̃destinatũ dãnari. i. hoc utrũq; simul esse, q; prædestinatus sit & damnet̃, uerũ est. Quod si dicas. Impossibile est hũc damnari, hic aũt de p̃destinatis est falsum est. De sil̃ibus idẽ est iudiciũ. Prædestinatio ꝓsideraẽ circa duo.

Reprobatō circa duo.

¶ Præterea, Prædestinatio circa duo considerat. Gratiā. s. qua nunc iustificamur, & gloriā qua beatificamur. Ita & Reprobatio circa duo. Alterū quoq; præscit deus, & nō præparat iniquitatē, alterum quoq; etiā præparat. s. pœnā æternā. Vnde Augustinus. Prædestinatio ꝓprie est beneficioꝝ dei ꝑparatio, ita Reprobatio dei, est præsciētia malitiæ, in quibusdā nō finiendæ, & ꝑparatio pœnæ nō terminādæ. Sicut aūt prædestinationis effectus, est miseratio, ita reprobationis induratio. Vnde apostolus. Cui uult misereat, & quem uult indurat. Miserationem dicens gratiæ appositionē. Indurationē uero, eiusdē gratiæ priuationē. Indurat aūt deus nō impartiēdo malitiā, sed subtrahēdo gratiā. Vnde Augustinus. Sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita obduratio est nolle misereri, ut non ab illo irrogeat quo sit homo deterior, sed tantū quo sit melior non erogetur.

In lib. de bono pseuerātiæ. ca. 48.

Prædestinatiōis effectus

Reprobationis effectus.

Augusti. ad Sixtū.

Ro. 9.

¶ DIStinctio. xli.

¶ Aliquod ne esse meritū obdurationis & misericordiæ dei.

Eniq; misericordiæ dei nullū est meritū, ne gratia æuacuet, si non gratis datur, sed meritis redditur. Indurationis autē meritū est peccatū. Vnde Augustinus, Miseret fm gratiā, quæ gratis datur. Indurat aūt fm iudiciū quod meritis redditur. Cæterum electionis & reprobationis æternæ nullū est meritū, quod in duobus Iacob s. electo, & Esau reprobato. Aplus dicit aperte. Quia nō ex operibus, sed ex uocante, cū nondū nati essent dictū est, maior seruiet minori. ☞ Prædictis sane Augustinus uidet cōtradicere dicēs. Cui uult miseret, & quē uult indurat. Sed hæc uolūtas dei iniusta esse nō potest, uenit eiū de occultissimis meritis. Quia & ipsi peccatores cum ꝓpter generale peccatū, unā massam fecerint, nō tamē nulla inter eos est diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo q̄is nondū sint iustificati, digni efficiant iustificatione. Et item præcedit in aliis peccatoribus, quo digni sunt obtusione. Sed dicimus, hoc eū retractasse, quādo & illud retractauit. Fidem elegit deus in præsciētia, sciens etiā ipsam fidem inter munera dei reperiri. quod prius nō scierat. Quod si hoc nō retractauit, prærogata uenia, dicere audemus, Occultissima merita illū forsan appellasse, alta ꝓfundaq; iudicia dei quæ unicuiq; anteq̄ sit, dei odium merent, uel dilectionē. Quomodo dicere solemus, Mortē Christi etiā nondū natis ꝓfuisse, meruisseq; salutē. Quibus aūt merentur odiū, sunt æquissima dei iudicia, a nostris sensibus remota. Quibus uero dilectionē, sunt sola gratia. Vnde Hieronymus. Esau nō inique egit, spōtanee odio habito, nec Iacob sine meriti gratia dilecto. sine quodā occultissimo merito, Qd ipsi

Deus miseretur.

Deus idurat

Ad Rom. 9.

Sup. Malach

Quæstio.

Roma. 9.

Retractasse dicit Augustinus superius positū.

Expōit aug. ubi supra.

Esau meruit dei odium, & Iacob dilectionē, ipsis utiq; nō merētibus, quia nondū natis. Quæ duo statim sunt in peccatoribus, quorū altero s. dilectione, digni sunt iustificatiōe, nondū iustificati, altero. s. odio, digni sunt obtusione/nondū obtusi. Si sic bene dicit laudamus deū. Si quo minus Augustinū hoc non assequi, nō cōfundimur confiteri.

Duo statim sunt in pctōribus, dilectio & odiū.

¶ Quædam dicuntur ab æterno tantum.

¶ Sciendū sane, quod p̄destinatio/sciētia/electio/præsciētia/reprobatio/ab æterno tantū. Miseratio/iustificatio/obtusio/induratio, ex tēpore tantū. Dilectio uero dei & odiū nec ab æterno, nec ex tēpore significāt. Deniq; sciendū est, q̄ nō sicut prędestinatio est causa boni, ita & reprobatio est causa mali, ut fiat. Præsciētia eñ est multis causa stādi, nemini autē causa labēdi. ¶ Deum semper scire quæ semel scit.

Quædā a tēpore tantū. Quædā nec a tpe nec ab æterno.

¶ Quia uero præsciētia dei tantū de futuris est, ex quo ea futura esse desinunt, etiā deus ea præscire desinit. Quod ad effectū p̄scientiæ dei nō pertinet, sed potius ad deffectū uel mutationē rerū de quibus est. Multa ergo præsciuit olim, quę nō præscit modo. Omnia eñ quę olim sciuit, uel in futuro sciet, modo eū scire firmissime credēdū est.

☞ Ad hoc tamē sic obiicit. Si quæcūq; sciuit, & sciet, modo etiā scit, ergo scit Christū nasciturū, & Antichristū uiuere, cum illud sciuit, & hoc sciet. Sed dicimus, qa idē prorsus de natiuitate huius, & uita Antichristi scit modo deus, quod sciuit aut sciet. Mutatio sane temporum scientiā dei, circa hæc diuersis cogit exprimere uerbis. Sicut in simili apparet. Eandē eñ diem, propter mutata tēpora/significamus/dicētes. Cras/hodie/heri, Sicut etiam eadem fides ab antiquis, & modernis patribus habita, uariis locutionibus, pro mutatione temporū pronunciat. Quē eñ ipsi uenturū, nos uenisse confitemur, sed fides est eadem. Vnde Augustinus. Tēpora uariata sunt, & ideo uerba mutata non fides, Vel instantiam dicimus nō probe inferri. Deus sciuit hūc nasciturū, ergo scit modo hunc nasciturū, quia nō eidem tēpori cōsignificat nasciturū. Sic ergo inferat. Ergo scit modo deus, aliqū hunc fuisse nasciturum, de similibus iudicium idem.

Obiectio.

Respōsio.

Aliter rñdet

¶ DIStinctio Qnadragesima secunda.

¶ De omnipotentia Dei.

NVnc de omnipotētia dei uideamus, quæ circa duo considerat s. q̄ oīa facit quæ uult, & nihil oīno patitur quod non uult. Scriptura eñ dicit. Omnia quæcūq; uoluit fecit. Augustinus etiā. Non ob aliud uocat ueraciter omnipotens, nisi quoniā quicquid uult potest, nec uolūtate creaturæ cuiusq̄, uolūtatis omnipotētis effectus impedit. Idem oīpotens est, nō quod oīa facere, sed qd̄ potest

Potētia circa duo cōsideratur.

ps. 113

In Enchiridion.

In li. de spū & lra.

efficere quicquid uult. Non potest facere peccatũ, nec mẽtiri, & huiusmodi, quia hæc posse magis ad impotentiã pertinet. Inde Augustinus dicit. Magna dei potẽtia est non posse mentiri. Similiter non pati potest quod nõ uult qa nec potest falli, miser fieri, & huiusmodi, quia hæc posse impotẽtiæ est. Deniq; ambulare, comedere, & huiusmodi, nõ adeo sunt penitus aliena. Licet em̃ essentiæ diuinæ hæc minime cõueniant, in creaturis deus tamẽ operatur ea. Cæterũ caue, qualiter prædictũ Augustini uerbũ, scilicet potest efficere quicquid uult, intelligas. Si enĩ dixeris quicquid uult, scilicet facere, uel se posse facere, poterit hoc modo angelus, uel quilibet beatorũ dici omnipotens, cũ nihil uelit facere, nisi quod facit & uult, nec posse nisi qd̃ potest. Vt ergo soli deo cõueniat dic. Potest efficere quicquid uult. s. fieri, utiq; uel per se, sicut cœlum & terrã, uel per creaturã, ut bona opera, & artificialia, quod nemo sanctorũ poterit aut potuit.

In lib. 15. de trini.

August. uerbũ exponit

DIStinctio Quadragesima tertia.

Quod plura potest deus q̃ uelit.

Sciendũ aũt deum plura posse q̃ uelle. Vnde. An putas quia nõ possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Vbi liquido patet, & filiũ potuisse rogare, quod nõ rogauit, & patrẽ exhibere, quod nõ exhibuit. Augustinus etiã dicit. Omnipotẽtis uolũtas, multa potest facere, quæ nec uult nec facit. Potuit em̃ ut duodecim legiones pugnarẽt cõtra illos qui Christũ cœperũt. Item, quod nunc piorũ fides habet, tũc in sapiẽtiæ luce clarissima uidebit̃, quã certa & immutabilis sit dei uolũtas, quæ multa possit, & nõ uelit, nihil aũt uelit, quod non possit. Item dicimus. Suscitauit Lazarũ in corpe, nũquid nõ potuit Iudã suscitare in mẽte? Potuit quidẽ, sed noluit. Ponit quorũdã opionem & refutat. Cæterũ cõtra hanc ueritatem sic manifestã, quidã dei potentiã ad mẽsuram artare conantur, dicẽtes. Deũ nõ aliud posse facere, q̃ quod facit, nec de his prætermittere quæ facit, hoc modo. Nõ potest deus facere, nisi quod est bonũ & iustũ fieri. Non est aũt iustum & bonũ fieri ab eo, nisi quod facit. Aliter. Nõ potest facere, nisi quod iusticia eius exigit. At nõ exigit eius iusticia, ut faciat, nisi quod facit. Non ergo potest facere nisi quod facit. Eademq; iusticia exigit, ut id nõ faciat, quod nõ facit. Non aũt potest facere contra iustitiã suã. Nõ igit̃ eorũ aliquid potest facere, quæ dimittit. Sane multiplicia sunt hęc, Vt nõ potest deus facere, nisi quod bonũ est, & iustũ fieri, nisi illud, quod si faceret, bonũ & iustum esset eũ facere, uerũ est. Sed si ita dixerit, nõ potest facere nisi quod facit, quod utiq; bonũ & iustũ est eum facere,

Math. 26.

In Enchiridion.

Rñdet obiectionibus.

falsum est

falsum est. Aliter etiã, Licet exactionis uerbũ in deo suspitione non careat, sic diuidimus. Non potest facere, nisi quod sua iustitia exigit, ut faciat, idest, nisi illud quod si fieret iusticiæ eius cõueniret, uerũ est Sed si ita, Non potest facere, nisi quod facit, qd utiq; suæ iusticiæ cõuenit/falsum. De sl'bus idẽ. Aliter impugnãt & ꝓstringũt dei potentiã. Aliter rñdet

¶ Item dicũt, Non potest deus facere nisi quod debet, nõ aũt debet facere nisi quod facit. Sed dicimus, quia/debet/inciuiliter de deo dicitur, qa nihil oĩno nobis debet, nisi ex promisso. Quod aũt promisit, oĩno nõ fuit necessitatis, sed gratiæ. Scd'm hæc ergo diuide. Vt non potest facere, nisi quod debet. i. nisi qd promisit/falsum est. Ita uero/ Non potest facere nisi illud, quod si faceret, iusticiæ suæ conueniret/ uerum est. Iterum alio modo insistunt. Soluit mgr

¶ Addũt etiam. Non potest facere uel dimittere nisi quod ratio est eum facere uel dimittere. Hoc autẽ solũ est, quod facit uel dimittit. Sed & hoc diuide ad instar superioꝝ, Vt/non potest facere uel dimittere, nisi illud/qd si faceret uel dimitteret, ratio esset eum facere uel dimittere. i. quæcũq; nõ sunt subiecta uolũtati eius, sunt de numero non uolitoꝝ, uerũ est. Sin uero/ Nõ potest facere, uel dimittere, nisi qd facit uel dimittit, qd utiq; ratio est, eũ facere uel dimittere/falsũ Solutio.

☞ Cæterũ in breui admoneamur. Omnia huiusmodi dubia resoluta cõditionaliter/esse uera/simpliciter uero falsa. Aliud dubium. Pulchra cautela.

¶ Sane laboriosi magis q̃ fructuosi, adhuc inquiũt. Si potest deus aliud facere q̃ facit, potest igit̃ facere quod non p̃sciuit. Quod si est, potest sine p̃scientia operari, quod est absurdũ. Hoc sane iuxta modum coniũcti & disiũcti supra determinatũ innotuit, Vt sine p̃scientia illud quod nõ præsciuit/uerũ. Sin autem, sine præsciẽtia. i. sic potest aliquid operari quod illud non præscierit, & illud faciat/falsum. Soluit Bandinus.

¶ Aliter obiicit per dicta Augustini.

¶ Auctoritate etiã Augustini abutunt̃/qui ait. Hoc solũ nõ potest deus qd nõ uult, per qd uidetur nõ posse facere, nisi quod uult. Non aũt uult, nisi quod facit. Sed hoc ita dictũ sciant, quasi de solis illis q̃ nõ uult deus, sic illud, quicquid deus non potest. Ex quo nõ sequitur/ quicquid nõ uult, nõ potest. Velut si dicamus. Hoc solũ quod nõ est animal, nõ est homo. Non tamẽ, quicqd nõ est homo, nõ est animal. Vel hoc simplicius dicimus, hoc solũ nõ potest, quod nõ uult. i. nihil inuitus facit. i. quæcũq; nõ sunt subiecta uolũtati eius sunt de numero nõ uolitoꝝ, uerum est. Vnde Augustinus. Non cogeris inuitus ad aliquid, qnia uolũtas tua nõ est maior q̃ potẽtia. Quod intellige uerum scd'm subsistens, nõ scd'm subiecta potentiæ & uoluntatis. In libro de symbolo. Exponit Augustinũ. Lib. 7. Cõf. ca. 4.

¶ DIStinctio Quadragesima quarta.

¶ An possit deus meliora facere q̃ facit.

Ratio dubitãdi.

Soluit mgr̃ Lib. 85. q̃sti.

Pulchre sol.

Aug. super Genesim.

Quæstio.

Solutio.

13. de trini.

DIcunt etiam illi deum nõ posse meliora facere, q̃ ea quæ facit. Quia si posset & nõ faceret inuidus esset. In quo abutũtur eo quod Augustinus dicit. Deus quẽ genuit debuit generare æqualẽ. Si em̃ uoluit & nõ potuit, infirmus est. Si potuit & noluit, inuidus est. Sane bene dixit, quia cũ de substãtia sua generaret, neq̃ meliorẽ se, neq̃ minus bonum, generare potuit. Alia uero quæ aliunde facit, meliora facere potuit & minus bona. Vnde Augustin⁹ Talem potuit deus hominẽ fecisse, quod nec peccare posset, nec uellet, quod si esset, quis dubitet eum meliorẽ fuisse? Deniq̃ si quærit̃, an alio modo uel meliori possit deus meliora facere q̃ faciat. Dicimus, si modus referat̃ ad deũ, quasi alia, uel meliori sapientia, facere possit, negandũ. Si uero ad creata ipsa referatur, quasi alia uel meliora facere possit cõcedendũ utiq̃, sicut prædictũ est. Vnde Augusti. Fuerat alius modus nostræ liberatiõis possibilis deo, sed nullus nr̃æ miseriæ sanãdæ cõuenientior. ¶ An deus mõ possit quod olim potuit

¶ Preterea quærit̃. Vtrũ modo possit quicquid olim potuit. Quod nõ uidet̃. Quia potuit olim mori & resurgere/quod modo nõ potest Vbi dicendũ est, quod supra de scientia diximus/ scilicet. Qd̃ modo potest olim mortuus esse & resurrexisse, cogunt em̃ tẽpora mutata mutare sermonẽ, eodẽ penitus remanente sensu. Fatemur igit̃ deum semp̃ posse quicqd semel potuit. i. omnẽ habere potentiã, quã semel habuit, Nõ tamẽ semp̃ posse facere/quod aliquãdo potuit. Sicut omnem habet scientiam & uoluntatẽ/quã unq̃ habuit, non tamẽ omnia scit modo esse, & uult, quæ olim sciuit esse & uoluit.

¶ DIStinctio Quadragesima quinta.

¶ De uoluntate Dei.

De uoluntatis dei quiditate.

NVnc de uolũtate Dei aliquid dicendũ est. Sciendum itaq̃ q̃uelle scd̃m essentiã de deo dicit̃, cui idem est/esse uolentem, quod esse deũ. Nec uolũtas in deo est affectus uel motus sicut in creatura, sed diuina Vsia dũtaxat. Nõ tamẽ quicquid deus uult ipsum est, sicut cum idem sit deo esse quod scire, non tamen est deus quæcunq̃ scit. ¶ Quis sensus sit hoꝝ uerboꝝ deus scit, uel uult.

¶ Intellige tamẽ harum locutionũ sensum. Deus uult/& scit, & est uolens & sciens. i. Deus est cuius essentia sua uolũtas est, & scientia, Item deus scit omnia. i. deus est cuius sciẽtiæ quæ ipsius essentia est, omnia sunt subiecta, sicut deus uult hoc, aut illud. i. deus est cuius uoluntati/quæ sua essentia est, hoc aut illud subiectum est.

¶ Voluntas dei prima causa est omniũ specierũ & motionũ.

¶ Hæc igit summæ bona uolũtas, omniũ est causa quæ naturaliter fuerunt, sunt, & futura sunt. Ipsius aũt nulla causa est. Vñ Augustin⁹ Volũtas dei, prima & summa causa est, omniũ specierũ & motionũ. Vbi em nõ operat, quod uult dei sapiẽtia, quæ attingit a fine usq; ad finem, fortiter & suauiter disponẽs oia? Ipsa itaq; prima causa est sanitatis/egritudinis/præmiorũ/pœnarũ/gratiarũ/retributionũ/& omnium deniq; mirabiliũ, & quæ sine admiratione ut antiqua miracula mirabiliter contingunt. Lib.3.de tri. Sapiẽtiæ.8.

¶ Voluntas dei quid sit.

¶ Hæc aũt ꝓprie uolũtas dei dicit, Quæ cum sit diuina Vsia immutabilis est, & inexpleta esse nõ potest. Vnde, Oia quæcũq; uoluit dominus fecit. Et apostolus. Volũtati eius quis resistet? Quæ beneplacitum dei recte dicitur. Psal.113. Roma.9.

¶ Q; plura uoluntas Dei dicuntur.

¶ Cæterũ, plura sunt quoꝝ quodq; nõ scdm ꝓprietatem, sed scdm schemata dicẽdi, Volũtas dei dicunt, ut ꝑceptio/ꝓhibitio/consiliũ/permissio/& operatio dei. Secundũ hoc propheta dicit pluraliter. Magna opera dñi & exquisita in oẽs uolũtates eius. Ita quoq; ꝓpter multos effectus misericordię & iusticię dei/cum tantũ sit una, quæ diuina est usia, pluraliter dicit. Misericordias dñi in æternum cantabo. Et alibi, Iusticiæ dñi recte. Præceptio igit/ꝓhibitio/& consiliũ, uolũtates dei dicunt, quia sunt signa diuinæ uolũtatis, Vt iudiciũ futurũ & dei flagellũ, ira dei dicunt, quia signa iræ sunt, cũ tamẽ ira in deum non cadat. Deniq; hoc modo potest accipi uolũtas ibi. Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra. Et ibi. Qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater/soror/& mater est. Hæc autẽ mutabilis est & sæpe inexpleta. Multis quippe deus ꝑcipit quæ nõ faciũt, ꝓhibet quæ nõ cauent, consulit quæ nõ curant. Inde Augustin⁹. Infideles contra uoluntatẽ dei faciunt, dum eius euangelio nõ credunt. Psal.110. Psal.88. Psal.18. Ira dei quid dicat. Volũtas dei ꝓ ꝑcepto & ꝓsilio accip. Math.6. Math.7. In li. de spũ & lĩa.

¶ Deum nõ semp uelle fieri quod præcipit, nec semp caueri.

¶ Quinnimo ipse deus nõ uult semper fieri quod ꝑcipit. Non enim uoluit immolari Isaac quod ꝑceperat, sed Abrahæ fidem probare dumtaxat. Sic nec semper caueri uult quod prohibet. Sano em facto dixit. Ne cuiq; diceret, non eũ tacere uolens, sed magis formã dare, laudem propriam declinandi. Gene.22 Marci.1.

DISTinctio quadragesima sexta.

¶ De professione dei, & operatione, & uoluntatẽ dei non posse cassari.

Permissio quoq; & operatio/uoluntas dei dicuntur. Sic Augustinus ait. Non fit aliquid, nisi qd omnipotẽs fieri uelit. In Enchiri.

Vel sinendo ut fiat sicut mala. Vel ipse faciendo ut bona. Quæ ideo uoluntates dei dicunt, quia sinit. Deus aut mala fieri sinit, uolens de illis æducere bonũ. Operatur aut bona, sicut quæ uult esse.

¶ An uoluntas dei cõpleatur semper.

¶ Sed non uidet uoluntas dei cõpleri semper, cũ Apostolus dicat. Deus uult omnes homines saluos fieri. Nec fiunt omnes salui, nolentes facere unde saluent. Item dominus dicit. Impiã ciuitatem cõpellans. Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos, & noluisti? quasi qua nolente, dei uoluntas nõ sit expleta. Verũ illud Apostoli non sic est intelligendũ. Qd nullus sit hominum, nisi quem saluũ fieri uelit. Sed qd nullus saluus fiat, nisi quem uelit saluari. Sic & illud intellige. Illuminat deus oculos hominum, ut in hunc mundũ ueniant, non quia nullus hominũ est, qui illumiet, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Illud aut Euangelii nõ sic intelligitur, quasi tua uoluntas meã uoluntatem impedisset. Sed quia tot quot cõgregaui uoluntate mea semper efficaci/ te nolente feci.

Roma. 9. Pria ad Thimoth. 2.

Math. 23.

Responsio. Exponit ea quæ in obiectione allegantur.

Math. 23.

Io. 1.

¶ Vtrum deus uelit mala esse.

¶ Queritur autem. Vtrũ deus uelit mala esse. Quod quibusdã uidetur, illud sic probãtibus. Deus aut uult mala fieri aut nõ fieri. Si uult non fieri, nõ fiunt. Nihil enim eius uoluntati resistit, fiunt aut. Vult igitur mala fieri. Aliter. Omne quod bonũ est, uult deus. At mala esse, bonũ est. Vnde Aug. Nõ solum bona, sed etiã ut sint mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonũ, ut essent etiã mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono. Quibus alii respondet. Non esse sic dicendũ. Deum uelle fieri mala, uel uelle non fieri, sed tm nõ uelle fieri mala. Si autem quod de Augustino proponũt, scilicet mala fieri bonum esse. Dicũt bonũ ibi pro utili positũ, qualiter etiã Hieronymus ait. Malũ Iudę bonũ fuit nobis, quibus scilicet utilitas de illo p uenit salutis. Deus em bona de malis producit. Vnde Augu. Melius iudicauit deus de malis bona facere, q̃ mala nulla esse pmittere. Sic igitur mala esse bonũ est. i. utile. His tm dumtaxat, qui fm propositũ uocati sunt sancti. Talibus enim (ut ait Apostolus) si deuiant, in bonũ proficiunt, quia humiliores redeunt & cautiores existunt, uti Petrus. Mala etiã ab iniquis illata, eis prosunt ad emendanda peccata, & exercendã seruandãq; Iusticiã, uti Iob dei manũ, & Apostolus sathanæ stimulũ sensit, & uterq; profecit, quia malũ bene portauit. Denique nõ uult deus mala fieri, quia si hoc est, etiam deus auctor malorũ est, cum eius uoluntas sit auctoritas. Vnde Aug. Illo auctore cũ dicit. Illo uolente dicit. Euangelista etiã profitens deum auctorẽ bonorũ

Quid diuersi sentiant.

In Enchiridion.

Responsio oppositũ tenentium.

Exponit Augusti. dictũ.

Sup Marcũ.

In Enchi.

Roma. 8.

Ratio q̃ id probatur.

ait. Omnia per ipsum facta sunt. Quod remouēs a malis addit. Sine ipso factū est nihil. i. peccatū. Nō aūt dixit, eo nolente, uel uolente, uel inuito, sed sine ipso. i. sine eius auctoritate. Item non est deus causa, qua homo sit deterior qd̄ esset si uellet mala fieri, quibus homo deterior est. At bonorū causa tantū deus est. Aug. 83. q.

¶ DISTinctio quadragesima septima.

¶ Quod dei uolūtas semper de nobis uel a nobis impletur.

SCiendum etiā ꝙ sempiterna dei uoluntas semper de eo qd̄ agimus adimpletur. Vnde Aug. Illa uoluntas semper impletur, aut de nobis, aut a nobis. De nobis impletur, sed tamen nō implemus eā, quando peccamus. A nobis implet̄ qñ bonū agimus. Ideo enim facimus, quia deo placere scimus. Igitur nihil facit homo, de quo deus nō operet̄, qd̄ uult. Quippe si peccauerit, pœnitenti uult parcere ut uiuat. Inpenitentē punire, ut iusticię potentiam contumax non euadat. Et ita per eandē creaturæ uoluntatē, qua factum est, qd̄ creator nō uoluit, implet ipse quod uult, bene utens etiam malis. Hoc eñ ipso quod contra eius uoluntatē fecit, de ipsa facta est uoluntas eius. Sane ut pro his errori locus non pateat. Dictam supra uoluntatis distinctionē recolas, ut sit dicere. Per hoc ꝙ creatura cōtra dei præceptū fecit, de ipsa facta. i. impleta est eius uoluntas æterna, qua eā damnare uolebat. Vnde Greg. super Genesim apte ait. Multi uoluntatē dei peragunt, unde mutare contendūt, & cōsilio eius resistentes obsequunt̄, quia hoc eius dispositioni militat, qd̄ per humanū studiū resultat. Sciendum etiam ꝙ omnibus p̄cipit deus facienda, & prohibet uitāda. Licet non a singulis ita fieri uelit. Ideo ut iusticiā suā omnibus ostendat, & ita boni per obedientiā, gloriam. Mali uero inexcusabiles per contumatiā sortiantur pœnā. Multa deniq; in utroq; testamēto personaliter præcepit, atq; uetuit, non quod ita fieri uellet, sed tacita ratione, quā diligens & pius lector suis quibusq; locis deo aperiente inueniet.

In Enchiri. Creaturæ uoluntate fit semper dei uolūtas Inquirit sensus superiorum uerborum. Deus nō semper p̄cepta fieri uult.

¶ DISTinctio quadragesima octaua.

¶ Q; aliqñ homo bona uoluntate aliud uult q̄ deus, & aliqñ mala id quod deus bona uoluntate uult.

POstremo admonendi sumus, quod aliquādo bona est uolūtas hominis nolentis id fieri quod deus uult. Fine tamē pietatis, ubi Augustinus loquēs de apostolo ait. Bonę appare/bant uoluntates pio;ꝝ fideliū qui nolebant apostolū Paulū Hierusalem pergere, ne ibi mala quæ Agabus ꝓpheta prædixerat pateret̄, & tamē deus hoc illū pati uolebat. Aliquādo etiā mala est uoluntas

In Enchiridion. Actuū. 21.

hominis.i.idem uolētis quod deus utiq; ꝓpter finem ĩpietatis, uelut idem uoluerunt Iudei quod deus, ſcilicet Chriſtũ occidi. Dei tamẽ in hoc fuit bona uoluntas, quia hoc pie uolebat. Illoꝝ uero mala, quia impie. ¶ Q; bona dei uoluntas mala hominũ uoluntate impletur.

¶ Notandũ autem eſt hic, quod tantũ deus uoluit Chriſtũ occidi a Iudeis. Nõ autẽ quod Iudei occiderẽt eũ. Sicut Chriſtus uoluit quod prædixerat, impleri a Petro. Nõ autem uoluit Petrum implere illud, alioquin uoluiſſet ſe Petrum negare. ¶ Illud etiã non indiſtincte intelligendũ eſt. ſ. Voluit deus occidi Chriſtum a Iudeis. i. mortem a Iudeis illatam eum pati, uerũ eſt. Si autẽ uoluit occidi a Iudeis. i. ut Iudei occiderent eum, falſum eſt. Vel ut melius uidetur dicendũ eſt. Deum uoluiſse dominũ occidi, & non ab aliquo, uel ab aliquibus. Licet ſine illis hoc fieri ſit ĩpoſsibile. Sicut uult aliquẽ pœnitere, nec uult illum omnino peccaſse, tametſi hoc, ſine illo, eſse non poſsit.

¶ Vtrũ debuiſset placere uiris bonis q̃ dominus pateretur.

Quæritur. ¶ Si autem quærit̃, utrum ſanctis placere debuit Chriſtũ pati. Dicimus/utiq;/reſpectu liberatiõis hoĩs. Sed nequaq̃ reſpectu ſui cruciatus. Quem etiã quidam eoꝝ abhorreſcens/ pietate nõ ambiguitate, quaſi dubitando quæſiuit. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? ¶ An uelle debeamus ſanctorum paſsiones.

Math. xi.

Quæritur. ¶ Item quæritur. Si paſsio ſanctorum martyrũ nobis placere debeat. Et dicimus utiq;, reſpectu coronæ percipiendæ ſibi paratæ. Eandem tamẽ nolle digne poſsumus, qui eum declinare paſsionẽ, & effugere manus iniquoꝝ compaſsione pietatis optamus. Pie ergo uelle atq; nolle poſsumus ſanctoꝝ paſsiones. Vnde pium eſt flere Martinum, & pium eſt gaudere Martinũ. Omnis igitur illa bona uoluntas eſt, quæ ad rectum finem dirigit̃, qui dumtaxat ex zelo dei, ꝗm ſcientiam penſandus eſt.

Finis libri primi.

DISTinctio prima.

¶ Vnum esse rerũ principium, non plura.

QVAE ad mysterium diuinæ unitatis, atq; trinitatis pertinere noscunt, quantũ breuitatis utilitas patitur, hactenus executi sumus. Nunc ad considerationẽ creaturarum pergamus. Scriptura igitur digito dei ædita in initio sui, deum omniũ quæ naturaliter sunt, præter seipsum creatorem esse insinuans/ait. In principio creauit deus cęlum & terrã. Dicẽdo aũt in principio, & nõ in principiis. Dicendo etiã deus & creauit, philosophoꝝ ælidit stulticiã. Nõ unum tantũ, ut hic doceẽt, sed plura principia rerũ sine principio esse arbitrantiũ. Plato náq; esse tria cogitauit. Deum scilicet & exemplar & materiã. Aristotiles uero dixit duo esse. Materiam & speciẽ, & tertiũ operatoriũ dictum. Mundum quoq; dixit semper fuisse. ¶ Quod catholicum est dicit.

Gen. 1.

Plato q̃ pricipia ponat.

Aristotiles q̃ pricipia.

Circa finẽ .z de gñatiõe.

¶ Illis igitur reprobatis. Deum tantum unũ principiũ, & creatorẽ rerum confitemur. Est aũt Creator, qui de nihilo, uel ex nihilo aliqd facit. Proprie enim creare, est de nihilo aliquid facere. In quo differt deus faciens, ab homine & angelo facientibus, quia qd ipsi faciũt, nõ de nihilo, sed ex aliquo faciunt. Quibus etiã aliquid facientibus motus inest operationis, qui prorsus in deo esse nõ potest. Nec em̃ motu sed uoluntate dumtaxat, deus operatur: ut uere dicatur, deũ facere, est ꝓm uolũtatem eius aliquid nouiter prouenire. Cuius uolũtatis tãta bonitas est, ut beatitudinis suæ qua ab eterno, solus beatus est, cũ alios ex tempore uellet esse beatos & participes, quã uidit & cõmunicari posse, & minui omnino nõ posse, Sed quia ipsa participari nõ põt, nisi per intelligentiã. Fœcit deus rationabilẽ creaturã, quæ summum bonũ intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. ¶ Rationabilẽ creaturã distinguit.

Quid creator. Quid creare sit.

Differt deus ab homie & angelo.

Deum facere quid sit.

Augustinus

¶ Deniq; distinxit eã in Incorporeã, quæ est angelus, & in Corpoream/quæ est anima, habens carnẽ uel corpus, ipsa est homo. Angelus igit & homo ꝓpter bonitatẽ dei fact⁹ est. Vñ Aug. qa bonus est deus⁹. Factus est aũt ad fuiendũ & ad fruendũ deo. Breuissíe ergo ac recte interrogati. Quare & ad quid facta sit rationalis creatura. Dicimus, propter dei bonitatẽ, & creaturæ utilitatẽ. Illud sane quod reperit, quia fact⁹ est homo, ꝓpter reparationẽ angelicæ ruinæ. Nõ sic est intelligendũ, quasi nõ esset homo factus, si nõ peccasset angel⁹,

Quare & ad qd facta est rõnalis creatura.

In li. de do. chr

sed quia inter alias causas deo notas, cum hominē fecit hæc nō nulla existit. Quod si quæritur. Cur animā corpori uniuit deus, cū dignior uideretur in sua puritate persistens. Dicendū est, quia uoluit. Voluntatis uero eius causa quærenda nō est quia nulla est. Vel forte dicere audemus, hoc ideo eū fecisse, ut in humana cōditione exemplū exhiberet beatæ unionis, quæ est inter deū & creaturā in uita æterna. Ne cm̄ forsan creatura putaret, eatenus creatori uniri se posse, quatenus eū tota uirtute diligeret. Visum deo est, excellentissimā creaturā. s. spiritum infimæ. i. carni, quæ de limo est, tanta dilectiōe uniri, ut nō ualeat artari eam uelle relinquere. Vnde Apostolus. Nolumꝰ expoliari corpore sed superuestiri. Vel ideo unitæ sunt animæ corporibus, ut in eis domino famulantes, maiorē mereant coronā. Per hoc enim cum ipso in quo seruierunt corpore, angelicæ naturæ adæquabuntur in futuro, de qua nobis deinceps disputandū super est.

Quare ania sit iūcta corpori. 1. Chorin. 5. Alia rō.

Rñ det

2. Chorin. 5. Alia rō.

¶ De angelis. Distinctio secunda.

¶ Tractat in speciali de natura spiritualiū. i. angelica.

E angelica natura tractaturi. Videamus quando creata fuit & ubi, & qualis effecta, qualisq; perfecta. De ordinibus quoq; & de officiis, ac nominibus eorꝝ, aliisq; pluribus. Angelū uero ante omnē aliā creaturā factum esse constat, sicut scriptum est. Primo omniū creata est sapiētia, quod de angelica natura necesse ē, ut intelligatur, quæ sepe uita/sapientia/& lux in scripturis dicitur. Sapiētia quippe dei increata est. Sed quomodo hoc est? Cū alibi scriptura dicat. In principio creauit deus cœlū & terrā, & iccirco tu domine terrā fundasti. Profecto, si initio, terram, ante eā nihil factum est. Quod si angelus primo omniū, tunc & ante terrā factus esse probat.

Qñ creatus fuit angelꝰ. Eccle. 1.

Obiectio. Gene. 1. Psal. 101.

¶ Respōdet Magister Bandinus.

¶ Ne igitur in tantis æloquiis aliqua aduersitas esse uideat. Videt hoc tenendum esse, q̄ simul spiritualis & corporalis creatura facta sit. Vnde Salomon. Qui uiuit inæternum creauit omnia simul. i. spiritalem & corporalē naturam. Inde etiā Augustinus, per cœlum & per terram spiritualem corporalēq; creaturā intelligi ait, & hæc creata sunt in principio scilicet tēporis, uel in principio, quia primo facta sunt. Tamē primo omniū creata est sapiētia. Quia & si non tempore præcedit, tñ dignitate angelus. Vel primo omniū dicitur, nō quantū ad essentiā, sed quantū ad formæ distinctionē. Spiritalis quippe natura in ipsa sui prīa conditione, distinctam creditur accepisse formā, quod non corporalis creatura, cū hanc sit deus in sex diebus operatꝰ. Sed informis & confusa. i. sine formæ distinctione primum facta est.

Eccle. 18. August. sup Genesim.

Vnde

Vnde secundum Græcos chaos & hylen dicta est, hoc sane nō temerarie assētimus, sed salua reuerētia secretorꝫ intimamus.

¶ Vbi angelus creatus est.

¶ Proinde in cœlo creati sunt angeli. Vnde dominus ait. Videbā Sathanā sicut fulgur de cœlo cadentē, ubi nō accipit cœlum firmamentum, quod secunda die factum est, sed empyreum. i. igneum, a splendore, non a calore dictum. Quod factum, statim angelis est repletū. Vnde Beda. Hoc superius cœlū, quod a mūdi uolubilitate secretum est, creatū mox sanctis angelis est impletū, quos in principio cū cęlo & terra conditos dns testatur dicens. Vbi eras cū me laudarent astra matutina, & iubilarēt omnes filii dei? Astra aūt matutina & filios dei eosdem angelos uocat. Lucæ. 10.

¶ Obiectio de Luciferi dicto fm Esaiā.

¶ Sed enim si in cœlo facti sunt angeli. Quomodo dicit Lucifer ascendā in cœlum, & exaltabo soliū meū, & ero similis altissimo. Sed ibi cœlum uocat dei celsitudinem, cui æquari uolebat. Et est sensus, Ascendā in cœlū. i. ad æqualitatem dei. Esaiæ. 14. Rūdet.

DISTinctio Tertia.

¶ Quales fuerint facti angeli.

GRedendū quoqꝫ est, quatuor beneficiis a conditore & creatore perceptis, angelos fuisse creatos. Vt scilicet in essētia simplices, in persona discreti, in intelligentia rationabiles, in uoluntate liberi, scilicet uel ad bonū uel ad malū declinandi statim facti existerent. Nō est autē putandū omnes in his esse creatos æquales. Sicut enim nōnulla differentia in corporibus etiā fm primā conditionē est, sic & in spirituali creatura multiplex est credenda fuisse differentia suæ conditioni congrua. Inde est q̄ Lucifer cæteris prestātior factus est. Vnde Ezechiel. Omnis lapis præciosus operimentum tuū. Idē. Abietes nō adæquauerūt sumitatē eius platani nō fuerūt æq̄les frondibus illius. Bnficiā quatuor angelorꝫ quibus creati sunt. Angelos æquales creatos nō esse. Ezech. 28. Ezech. 31.

¶ In quibus angeli differant.

¶ Differentes ergo sunt in naturæ subtilitate, & cognitionis perspicacitate, & uoluntatis libertate. Vt qui tunc per naturalia bona alios excellebāt, ipsi quoqꝫ per munera gratiæ eisdē præesent, dignitate excellentiores eisdē constituti. Qui uero minus subtiles & sapientia minus pspicaces conditi sunt, minora gratiæ dona habuerunt, inferioresqꝫ constituti sunt. Sapientia dei æquo moderamine cuncta ordinātis. Nec tū differens naturæ subtilitas infirmitatē adducit, uel minor cognitio sapientiæ, ignorantiā ingerit, aut libertas inferior, ullam cuiusq̄ arbitrio necessitatem imponit.

¶ Si boni uel mali creati sunt angeli, & si aliqua fuit mora inter creationem-

lapsum & confirmationem.

¶ Firmiter quoq; tenendũ est angelos creatos esse bonos, nõ quidẽ per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium. Iustos etiã nõ uirtutis exercitio, sed innocentia naturæ. Tales quippe facti sunt, ut peccare possent, & nõ peccare, si uellent. Quod & fecerunt, alii cadẽdo, alii permanẽdo. Vñ Geñ. Omnia fœcit deus ualde bona. Naturã igitur angelorũ fecit bonã. Moram aliquã etiã inter creationẽ, & lapsum fuisse fideliter creditur, pro eo qd Augustinus dicit. Angelus factus prius statim a ueritate se auertit, propria potestate delectat⁹. Deniq; dicendo prius, moram insinuauit. Item Origenes. Sicut Adã & Eua nõ statim peccauerũt, ita & serpens aliquando fuit nõ serpẽs. Deus enim maliciã nõ fecit, quibus uerbis post creationẽ boni etiam moram interceſsisse affirmat. Porro inter creationẽ & cõfirmationẽ morã interuenisse constat. Vnde Augustinus ait. Angelicam naturã primo cœlũ dictam esse, cũ creabatur. Postea uero lucẽ cũ formata ẽ, ad creatorẽ cõuersa, scilicet ad deum laudandũ, unde prius dictũ est. In principio creauit deus cœlũ & terrã. Deinde dixit deus, fiat lux, & facta est lux. i. confirmati sunt angeli. ¶ Opponitur.

Geñ. 1.
Morã describit inter creationẽ & lapsum.
Orig. super Ezechielem
Sup Geñ.
Gen. 1.

¶ At contrariũ uidetur quod Veritas dicit in euãgelio. Homicida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit. Sed intelligendũ est ab initio cõditi hominis, cui mox facto inuidit, ac seducẽdo præcipitauit in mortem. Vel ab initio. i. post initiũ. Vel ab initio confirmationis, nõ primæ conditionis intelligas. Nec em̃ religiose põt dici geminũ initiũ esse angeli, sicut gemina est natiuitas hominis. ¶ Obiicitur.

Ioan. 8.
Rñdet.

¶ Item ex Augustino opponitur, Qui nõ frustra putandũ dicit, ab ipso initio suæ conditionis dyabolũ cecidisse. Vnde quidam in hanc maliciã nõ libero arbitrio flexum, sed in ea putant esse a deo creatũ. Iuxta illud. Hoc est initium figmenti dei, quod fecit deus, ut illudat̃ ei. i. dyabolo, ab angelis ei⁹ scilicet dei. Sane hoc, ꝓm alios, se dixisse alibi aperit dicens. Quod putat̃ dyabolus nunq̃ in ueritate stetisse, non sic accipiendũ est, ut malus a bono deo creatus esse putet̃, quasi ab initio nõ cecidisse diceretur. Nõ enim cecidit si talis factus est. A quo enim caderet? Factus ergo primus, statim a ueritate auertit, propria potestate delectatus, beatæq; uitæ dulcedinẽ nõ gustauit, quam accœptã nõ fastidiuit, sed nolẽs accipere amisit. Deniq; quod de Iob dicitur, exponitur ita. Hoc est initium figmenti dei cũ dicitur, nõ natura, sed corpus aereũ signatur, quod tali uolũtati aptauit deus, uel ipsa ordinatio dicitur, in qua eum etiã inuitũ fecit utilẽ bonis, uel ipsius angeli factura, quia licet præsciret deus, eũ futurũ malũ, fecit

Super Gen.
Iob. 4.
Respondet
Angelos cẽ corporeos.

tamen prouidens quanta bona ælectis ex illo produceret. Initiũ uero dicitur, quia præcedit antiquitate & principatu maliciæ. Vnde Iob dicit. Rex dicitur inter omnes filios superbiæ.

¶ DISTinctio Quarta.

¶ Vtrũ sint facti angeli beati.

NOn aũt fatendũ est angelos fuisse factos beatos. De bonis enim prius licet diuersa opinando alternauerit Augustinus. Tamẽ postremo sic admonuit dicere de angelis. Qd' in suo genere beati esse possunt. Damnationis uel salutis incerti, quibus nec spes esset mutandi in melius, nimia præsumptio est. De malis aũt aperte negat dicens. Quomõ inter angelos beatus fuit, qui futuri supplicii atq; peccati præscius nõ fuit? Quod ita probatur. Si enĩ præsciuit, & uitare uoluit, sed nõ potuit, fuit igitur miser. Et ita misericordia peccatum præcessit, & nõ est secuta, quod falsum est, cum ex eo sit. Deniq; si potuit & noluit stultus fuit, qd' iterũ falsum est. Scientes eĩ facti sunt angeli, quod essent & a quo essent, & cũ quo essent, habẽtes etiã boni maliue intelligentiã, habẽtes etiã dilectionẽ qua deũ & se diligerẽt, quæ nõ erat charitatis, sed naturæ, qua etiam dilectione possessa sine crimine amamus, ut equum, aut librum.

Super Gen.

¶ De confirmatione & lapsu.

¶ Tenendum est aũt, angelos fm quiddã perfectos, fm aliud uero creatos esse inperfectos. Quoniãquidẽ perfectum est aliquid fm cõditionẽ, utputa cui nihil de iure conditionis deest. Vt homo cum integer nascitur, fm qd' angeli perfecti facti sunt. Est & perfectum fm profectum, cui. s. nihil de profectu deest. Quomodo angeli tm̃ post confirmationẽ, & sancti post resurrectionẽ perfecti erunt. Est & perfectum cũ nihil defuit unq̃ nec deerit, quod est solus deus. Prima igitur perfectio est naturæ conditæ, & dicit' integritas. Secunda naturæ glorificatæ, & dicitur beata claritas. Tertia est naturæ increatæ, & dicitur summa & uniuersalis perfectio.

Perfectio quot modis dicit'

Integritas quid sit.

Beata claritas quid'

Sũma pfectio.

DISTinctio quinta.

¶ De conuersione atq; cõfirmatiõe stantiũ, & auersione & lapsu cadentiũ.

DEniq; libertate arbitrii utentes, quod libera potestas est & rationalis uoluntatis habilitas, alii elegerunt bonũ, & sunt ad deum conuersi, alii elegerũt malũ, & ita sunt a deo auersi. Cõuerti aũt ad deum fuit ei charitate adhærere. Auerti a deo fuit charitati inuidere. Data enim fuit stantibus cooperãs libero arbitrio gratia, qua iuuarentur efficaciter bene uelle & operari, & in eo perseuerare, quod fuit ad deum conuerti. Sane operãte gratia nõ egebãt.

Conuerti ad deum.

Auerti a deo.

Ipsa enim est, qua iustificatur impius, ut fiat pius. Illi aūt mali nō fuerunt. Iustificari igit nō ægebāt. ¶ An auersis a deo angelis sit iputādū.

¶ Sed cū sine gratia ad deū cōuerti nō poterāt, putatur a quibusdā, cadentibus nō esse imputandum, q̄ non sunt cōuersi. Quippe nec illorū culpa fuit (inquiūt) q̄ eis nō est data gratia, quæ nulla præcesserat. Nos aūt dicimus nullā præcedentē culpā, gratiā impedisse, sed dumtaxat q̄ in cadendo fuit. Potuerūt em̄ stare ut cæteri, cū nihil impediret ad standum, nihilq̄ impelleret ad cadendū. Casus ergo manifesta culpa fuit, quare gratia non daretur.

Rñsio.

¶ De beatitudine stantium, & utrū eam meruerint.

¶ ITAQVE confirmati, beati mox extiterunt. Solet autem quæri, Si beatitudinis præmium, aliquod præcesserit meritum. Quod quibusdam uidetur, si non ex tempore, saltem causa, dicentibus sanctos angelos simul percœpisse gratiā meriti & præmii. Verū fidelius credendū putamus. Meritū secutū esse, & tunc gratiā qua beate uiuerent eos percœpisse dumtaxat. Sane postea per obsequia creatori iugiter exhibita, præmiū ab initio perceptū, mereri, ac meruisse.

Quæstio.

¶ DISTinctio sexta.

¶ Cadentiū angelorū unus fuit celsior. s. Lucifer.

Adentes aūt statim sunt miseri effecti. Inter quos unus quasi maliciæ caput excellentior extitit. Vnde Iob ait. Ipse principiū uiarū dei. Et Ezechiel. Tu signaculū similitudinis plenus scientia & perfectione, decorus in deliciis paradisi dei fuisti. Inde est q̄ in Esaia. Lucifer apellat. Quomō (inquit) Lucifer cecidisti, qui mane oriebaris? ¶ Vnde, & quomodo ceciderunt.

Iob. 40.
Ezech. 28.
Esaiæ. 14.

¶ Eiecti autē de cœlo Empyreo, ubi facti fuerant, in hūc caligino sum aerem ceciderunt. Vnde Apoca. Draco de cœlo cadēs, tertiā partem stellarum traxit secum, quia Lucifer ille cecidit cū omnibus, qui suæ maliciæ consenserūt, in hunc aerem. Vnde Apostolus. Collucatio nobis est aduersus principes & potestates aeris huius, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quia demones natura spirituales, & malicia nequam, in aere nobis isto propinquo existunt. Hinc & Petrus. In aere caligino so seruant, qui eis quasi carcer usq̄ ad tempus iudicii deputatus est. Tunc aūt in baratrū detrudent inferni, ſm illud. Ite maledicti. Cæterū hoc totū ꝓpter nos ut illis. s. in uia obiectis, per eos quasi per ignem & aquam probati transeamus in refrigerium.

Apoca. 12.
Eph. 6.
Math. 23.

¶ Q̄ angeli mali in infernū quottidie descendant.

¶ Qd̄ autē quottidie descendant in infernū aliqui dæmonū qui animas illuc deducūt cruciādas uerisimū est. Et q̄ illic aliq̄ semp̄ sint, al-

ternatis forte uicibus, qui animas detinēt ac cruciant, nō procul est a uero. Qd' aūt animæ malorū illuc descendāt, ex eo constat q̃ Christus ad inferna descendens, iustos eduxit, iniquos ibi relinquens. Momordit em̄ infernum nō absorbuit.

¶ Q̃ dæmones semel uicti a sanctis non accedūt amplius ad alios.

¶ Sciendū etiā q̃ spiritibus immundis qui a sanctis, iuste & pudice uiuentibus uincunt̄, potestas tentādi aufferr̄. Orig. Puto sane, q̃ sancti repugnantes aduersos istos incentores, & uincentes, minuāt exercitum dæmonū. Vel ut q̃plurimos eorū interimāt, nec ultra phas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste & pudice uiuēdo, uictus est, impugnare iterū alium hominē. Hoc quidā intelligunt, q̃ nō licet eum tentare hominē de uicio illo in quo superatus est.

¶ DISTinctio Septima.

¶ Q̃ neq̃ boni angeli male, neq̃ mali bene uelle possunt.

PRæterea sciendum est q̃ boni angeli, ita per gratiā sunt cōfirmati, q̃ nequeunt male uelle, uel agere. Ita etiā mali obstinati sunt per maliciā, q̃ bene uelle aut agere nō possūt.

Obiectio — Ad hoc sane obiicitur, ex Hieronymo qui ait. Solus deus est in quē peccatū cadere nō potest. Cætera cū sint liberi arbitrii, etiam in utrāq̃ partem flecti possunt. Cæterū putandus est hoc dixisse fm simplicem naturā liberi arbitrii, fm quā etiā angeli mutari possunt, nō fm solatium gratiæ uel desolationē, secundū q̃ omnino mutari nō ualent. Vnde Ysidorus. Angeli mutabiles natura, īmutabiles sunt grā. Augustinus etiā. Solus deus nullius gratia, sed natura sua peccare nō potest. Cuicunq̃ igitur rationali creaturæ præstatur, ut peccare non possit, nō est naturæ propriæ sed gratiæ dei. Secundū qd dicimus qa quæ rationalis creatura bene agere non potest, nō hoc de natura habet, sed de ppria malicia. ¶ Q̃ boni cōfirmati liberius arbitriū hnt q̃ aū.

In tractatu de prodigo filio. Solutio. Aug. contra Maximinū.

¶ Nō ideo aūt carent libero arbitrio boni (ut Augu. ait) quia male uelle nō possunt, multo quippe liberius est arbitriū, qd' nō pōt seruire peccato, quo uoluntarie bonū eligitur, & malū respuitur. Sic & mali liberū habent arbitriū, eo malicia corruptum, ut iusticię seruire nequeāt, quo uoluntarie bonū uitāt, & semper malū sequunt̄.

Aug. in Enchi. c. 86.

¶ De prælationibus angelorum.

¶ Prælati sunt etiā angeli sibi inuicem, tam boni q̃ mali. Sunt etiā prælati, ciuitatibus, prouinciis, & personis, Vt in Daniele, & q̃pluribus locis scriptura testatur. Sunt etiā mali singulis uiciis prælati. Vnde dicitur. Spiritus superbiæ & luxuriæ. Inde est q̃ diuitiæ nomine dæmonis mamona uocant̄, nō q̃ eius sint, sed quia eorū aliquis ad hoīm

deceptionē eis utitur specialius cæteris. Sic quoq; credendū est, bonos uirtutibus singillatim esse prælatos. ¶ De sciētia dæmonū.

¶ Sed licet mali angeli ita sunt obstinati per maliciam, uiuaci tamē sensu penitus non sunt priuati. Ná ut tradit Isidorus & Augustinus, triplici acumine sciētiæ uigent. s. Subtilitate naturæ. Experientia tēporū, relatiōe superno⁹ spirituū. Quo⁹ etiā sciētia & uirtute magicæ artes exercent. Velut Magi Pharaonis, serpentes & ranas, p eos fecerūt in Aegypto. Quarum rerum non sunt illi putandi creatores sicut nec parentes filio⁹, nec agricolæ frugū. Vnus est enim creator omniū solus, a quo hæc omnia, quæ acceptis oportūitatibus ad oculos nostros prodeunt, in quadā textura elemento⁹, quasi quibusdā seminibus positis, sunt creata, de quibus tanq̄ ab originalibus regulis sumunt progrediēdi primordia & incrementa debitæ magnitudinis & distinctionis formarū. Hæc autem semina subtilitate sensus, tam boni q̄ mali angeli cognoscentes adducunt ipsa habilia de occultis seminibus, & tunc natura operatur per congruas tēperationes elemento⁹, latenter spargunt, & ita occasiones præbēt gignendarū rerū & accelerando⁹ incrementō⁹. Dei tamē uirtus semper interius operatur. Vnde ipse solus creator est.

De sum. bo. lib. 1. Triplicē dæmonū sciētiam describ. Magicæ artes unde p̄ueniant. Super Gene. Exod. 8.

¶ Quare dæmoni data sit scientia, & tanta operandi potestas.

¶ Hæc autē sciētia & potestas, data est dæmonibus a deo, ut Augu. ait. Vel ad fallendū fallaces, ut ipsos Aegyptios. Vel ad monendū fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderēt, uel ad exercendā probandāq̄ iusto⁹ patientiā. ¶ Potestatē dæmonū eē restrictā oñdit.

¶ Porro sciendū est eos nō posse facere, ppter superiorē. s. dei uel angelo⁹ potestatē quicquid possunt per naturę subtilitatē. Nec em̄ (ut ait Aug.) alia ratio occurrit, cur nō potuerunt facere cinises, qui ranas serpentesq̄ fecerunt. Nisi quia maior aderat dominatio prohibentis dei, per spiritum sanctum. Quod & magi confessi sunt dicentes. Digitus dei est hic.

Li. 3. de Tri. Exod. 8.

¶ DISTinctio Octaua.

¶ Vtrum angeli habeant corpora.

Vtrum angeli habeant corpora solet etiā quæri. Licet a quibusdā putetur eos corpora nō habere. Augustinus tñ manifeste ponere uidetur, q̄ corpora habeāt, ubi scilicet tractat de antiquis corporalibus formis, quibus deus hūanis aspectibus ostē debatur. Ait em̄ inter cætera. Mittebantur angeli, ut ex persona dei loquerent, Sed fateor excedere uires intentionis meæ. Vtrū manēte spirituali sui corporis qualitate, assumāt aliquid ex inferioribus ele-

2. de Trini.

mentis corpulentioribus, an ipsa priora corpora & sua transformet, in id quod uolunt acomodatū ad id quod agunt. Idē etiā uidetur dicere, super Genesim. Omnes angelos in creatiōe habuisse corpora, in quibus pati non poterāt, quæ seruata sunt bonis angelis, post confirmationē, mutata uero trāsgressoribus, ita ut pati possint. Deniq; concesso quod habeant angeli corpora, nō tamē ideo sequit, q̄ sint coporei, quia & animæ nostræ corpora habent, nē tn̄ sunt corporeæ.

¶ An dæmones impleant cor hominis substantialiter.

¶ Deniq; sciendum est. Dæmones in corpora hominū introire dei permissione, ut opprimant eos & uexent. Vnde cōmemorat euāgelium, dæmonia in quosdā ingressa, & per Christū fuisse expulsa. Substantialiter sane in cor alicuius nō intrant. Vnde ait Gennadius. Dæmones per Energiam operationē. i. per inefficaciā. Nō credimus substantialiter illabi animo, sed applicatione & oppressione uniri. Illabi autē menti. Illi soli possibile est, qui creauit eā. Item Beda. Notandum q̄ mentē hominis, iuxta substantiā nihil implere possit, nisi creatrix trinitas, ꝓm em̄ operationē tantū, & uoluntatis instinctum, aīa de his quæ sunt creata implebitur. Implet uero sathanas cor alicuius nō quidē ingrediēs in eum & in sensum eius. Hæc est em̄ potestas solius dei, sed callida deceptiōe animā in affectum maliciæ trahēs, per cogitatiōes & incentiua uiciorū, q̄liter impleuit cor Ananiæ & Iudæ.

Gennadius in definitōibus ecclesiasticorū dogmatum.

Sup illū locū Actuū apostolorū.

Cur tētauit sathanās cor uestrum.

¶ DISTinctio Nona.

¶ De ordinibus angelorum.

NVnc uidere superest quot sint angelorū ordines, & quid sit ordo, & unde dicat. Et si ita distincti fuerit ab ipsa creatiōe. Scriptura igitur nouē esse angelorū ordines frequēter promulgat. Angelos. Archāgelos. Principatus, & Potestates. Virtutes. Doiationes. Thronos. Cherubin. quoq; & Seraphin. Quidā tn̄ (ut Dionysius) tres tm̄ ordines tradūt, ternos in singulis ponēdo, ut ita trinitatis imaginē in ordine angelorū esse insinuent.

Angelorū ordines. ix. ponit.

Lib. 1. de cœlest. Hierar.

¶ Ordo quid sit, & quæ sit ratio cuiusq; nominis.

¶ Ordo aūt est multitudo cœlestiū spirituū, qui inter se aliquo similantur munere gratiæ, sicut etiā in naturaliū datorū acceptiōe cōueniunt. Vt Seraphin, quod interprætat̄ ardens, uel succendēs, dicuntur qui pre aliis ardent charitate. Cherubin quoq; qd̄ interprætatur plenitudo scientiæ, sunt qui pre aliis scientia æminēt. Ita de aliis.

¶ Ordines singuli qualiter a donis gratiarū nominantur.

¶ Nominantur etiā singuli ordines a donis gratiarū, quæ nō singulariter, sed excellēter data sunt. Vnde Greg. In illa superna ciuitate,

quisq; ordo eius rei censet nomine, quā plenius possidet in munere. Plenius autē intellige, uel quantū ad subiectos ordines, uel quantū ad alia dona, quæ idem ordo minus plene accœpit. Sicut autē in ordine apostolorū uel martyrū, nō omnes sunt æquales, ita etiā in ordinibus angelorū intelligendū est. ¶ Vtrū ab ipa creatiōe sic distincti fuissent.

¶ Videtur autē q; ab ipsa creatiōe sic distincti fuerint, pro eo q; scriptura dicit, de singulis ordinibus aliquos cecidisse. Denique hoc stare non potest. Quippe si ardebant charitate, ut seraphin, & eminebant scientia, ut cherubin, & in eis sedebat deus, ut throni. Et ita de aliis ordinibus, non potuerūt cadere. Sane sciendū est angelos ab ipsa creatione differentes, habuisse gradus, tam naturæ tenuitate q̄ formæ perspicacitate, ut alii essēt superiores, alii inferiores, alii mediocres. Secundū hoc igitur, aliquos de singulis ordinibus cecidisse, dicitur. Vel ideo dicitur q; si superstetissēt qui ceciderūt, eorū aliqui in singulis fuissent confirmati ordinibus.

Rūsio q̄siti.

¶ Qualiter decimus ordo de hominibus compleat.

¶ Dicit etiā scriptura decimū ordinē cōpleri ex homibus. Sed qualiter dicitur ordo decimus, cū tantū nouē esse supra perhibuimus? Præsertim cū Gregorius dicat homines esse assumēdos in ordinē angelorū inferiorū & superiorū. Nō est ergo sic dictū tamq̄ decimus ordo sit hominū, & nouē angelorū, sed quia lapsus angelorū ex homibus reparabitur, de quibus tot corruerūt, qui unū ordinē facere possent, quasi decimū, uel tot corruerūt, quot in uno quolibet ordine remāserunt. Vnde Apostolus dicit. Restaurari omnia in Christo quæ in cœlis & in terris sunt. Q; hoies saluabunt iuxta numerū stantiū nō lapsorū.

Homilia. 24

Eph. 2.

¶ Non tū iuxta numerū eorū qui ceciderūt, sed eorū qui permanserūt, hoies saluandi credunt. Vnde Greg. Superna illa ciuitas, ex angelis, & hominibus constat, ad quā credimus tantū humani generis ascendere, quātos constat illic angelos remāsisse. Sicut scriptū est. Constituit terminos populorū iuxta numerū angelorū dei.

Deutro. 32.

¶ DISTinctio Decima.

¶ An omnes cœlestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur.

Credi etiā potest fideliter cœlestes spiritus de omni ordine mitti. Ad hæc exteriora nuncianda. Vnde Apostolus. Omnes sunt administratorii spiritus, & missi in ministeriū. Et in psal. Qui facit angelos spiritus. Esaias etiā ait. Volauit ad me unus ex seraphin, qui ordo supremus est. Nec debet indignum uideri, si etiā superiores mittunt, cū & ipse filius dei ad hæc interiora sit missus. Aliter tamē putāt, quia in Daniele scriptum est. Milia miliū ministrabāt ei.

Hebre. 1.

Psal. 110.

Esaiæ. 6.

Daniel. 6.

quasi

quasi in exterioribus istis, quod de inferioribus ordinibus dictũ aiũt. Et decies milies centena milia assistebãt ei, hoc de superioribus quasi qui nunq̃ per ministeriũ a deo recedũt. Vnde Dionysius in cœlesti Ierarchia, Quæ sacer dicitur pricipatus, superiora illa agmina ab intimis nunq̃ recedunt, quoniã ea quæ præeminẽt, usum exterioris officii, nunq̃ habẽt. Sed intelligant officii ordinarii. Eorũ em̃ ordo hoc officio non cẽsẽt. Aliqñ sane causa extra cõmunẽ dispensationẽ obortа pro maioris rei imminẽtia, uel significatiõe mittunt. Daniel. 7.

¶ DISTinctio Vndecima.

¶ Q̃ unicuiq̃ homini a natiuitate angelus in custodiã deputatur.

PRæterea sciendũ unicuiq̃ homini, unũ bonũ angelũ ad custodiã, & unũ malũ deputari ad exercitium. Vnde Gregorius ait, q̃ quisq̃ unũ bonũ angelũ sibi ad custodiã deputatũ, & unũ malũ angelũ ad exercitiũ habet. De bonis aũt angelis, ueritas a pusillorũ scãdalo prohibẽs ait. Angeli eorũ semper uidẽt faciẽ patris Vbi Hieronymus dicit. Magna dignitas est aãrum, ut unaquæq̃ habeat ab ortu natiuitatis, ad custodiã sui, angelũ delegatũ. Math. 18. Sup Math. ubi supra.

¶ An singuli, singulis, uel pluribus hominibus unus angelus sit deputatus.

¶ Deniq̃ inoffense credi potest. Vel singuli angeli, singulis deputẽtur hominibus. Vel q̃ unus pluribus, eodẽ, uel diuersis tẽporibus. Nec em̃ mirandũ, unũ angelũ pluribus homĩbus ad custodiã deputari, cũ etiã uni homini pluriũ hominũ custodia deputẽt uel cõmitat.

¶ Vtrũ angeli pficiãt in merito uel præmio.

¶ Postremo sciendũ est fideliter dici, bonos angelos, usq̃ ad diem iudicii in merito proficere, quia quottidie hominum utilitatibus inseruiũt, eorumq̃ studẽt pfectibus. Per qd̃ merẽtur. Et etiã in pręmio .i. in dilectiõe, Etenim proficiũt in cognitione, & quo magis cognoscunt, eo magis diligunt, Qd̃ autẽ magis cognoscãt. Esaias testatur ex persona angelorũ, uerbi incarnati mysteriũ, minus cognoscentiũ dicens. Quis est iste qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra? Et Psalmista. Quis est iste rex gloriæ? Apostolus quoq̃ ait. Quæ sit dispensatio sacramẽti abscõditi, a sęculis in deo, ut innotescat multiformis sapiẽtia dei p ecclesiã, principatibus & potestatibus in cœlestib⁹. Esaiæ. 63. Psal. 23. Eph. 3.

¶ Concordat doctores uisos inter se digladiari.

¶ Vbi licet Augustinus dicat, angelos non latuisse mysteriũ regni cœlorũ, tñ ad plenũ nõ ĩtellexerũt. Vñ Hieronymus ibidẽ dicit. Angelicas dignitates præfatũ mysteriũ, ad purũ nõ intellexisse, donec Apostolorũ prædicatio ad gentes dilatata est. Per hoc ergo patet. Angelos in cognoscendo pficere. Nec obloquitur qd̃ ait Gregorius. Origialiter sup Gen. li. 1. ca. 19. & super epistola Ephe. 3. z. Dialogo.

Quid est, quod ibi nesciat, ubi scientē omnia sciūt? Dicit enim eos nihil nescire, scilicet eorū, sine quibus beatitudo nō est. Ea uero sunt, q̄ ad mysteriū unitatis trinitatisq̄ pertinēt

¶ DISTinctio Duodecima.

¶ De distinctione operū sex dierum.

Gen. 1. Quid p terrā in creatione mundi significet.

Gen. 1.

POst tractatū Angelicæ naturæ, nūc de aliis superest uidere. Nō em̄ solū cœlū. i. angelos in principio creauit deus, sed & terrā. i. materiā quatuor elemētorū confusam, quæ inq̄ terra dicta est, ut Aug. ait. Eo q̄ inter elemēta min⁹ est speciosa. Dicta est & abyssus, ut scriptū est. Et tenebræ erāt super faciē abyssi. Quia cōmixta erat spetie distincta, dilucidaq̄ carēs. Eadē etiā dicta ē aqua, super quā ferebat̄ spiritus domī. Sicut uolūtas artificis sup parata materia. Ea quoq̄ dicta est aqua, quia quęcūq̄ in terra nascunt̄, ab humore incipiūt formari & nutriri, hæc autē ante omnē diē creata est. Deinde uero distincta singulis rebus ꝓprias species capiētibus. Quod qdē nō simul factū est, ut aliqui patrū tradere uident̄, sed ꝑ uolumina sex dierū, ut fides catholica tenet. ¶ Quare terra informis dicta sit.

Gene. 1.

¶ De hac igitur distinctione uisuri. Primū expediamus cur illa materia informis dicatur, & ubi ad esse prodiit, quātumq̄ in altum ascendit. Materia igitur dicta est informis, nō quia penitus forma careret, hoc em̄ eē nō potuit, cū esset corpus, sed quia nondū pulchrā aptāq̄ ac distinctam accœperat formā, qualē nūc cernimus. Facta igitur pri⁹ est in forma cōfusionis, disposita secūdo in forma distinctionis.

¶ De modis diuinæ operationis.

Alcuinus super Gene.

¶ Deniq̄ adnectendū uidetur, quod super hūc locū tradidit Alcuinus. Quatuor (inquit) modis deus operatur. Primo in uerbo oīa disponēdo. Secūdo in materia uniformiter creando. Tertio ꝑ opera sex dierū distinguēdo. Quarto nō noua sed nota sæpius ne pereant reformādo.

¶ Vbi illa materia ad esse ꝓdiit, q̄tumq̄ in altitudine ascenderit.

¶ Proinde si quærit̄. Vbi ad esse prodiit cōfusa? Fideliter credendū putamus. Qd̄ ubi nūc formata subsistit. Et porrigebat̄ eo usq̄ in altum, quo nūc summitas corporeæ naturæ ꝑtingit. Immo ut quidam uolūt, ultra firmamentū extēdebatur, illa moles, q̄ in imo sui spissior, in sup̄mo uero rarior erat, leuiorq̄, & de ea parte aquas esse aiūt, quæ supra firmamentū esse dicuntur. Talis igitur fuit mūdi facies in principio, priusq̄ reciperet distinctionē, quæ facta est sex diebus.

¶ DISTinctio Tredecima.

¶ Distinctio primæ diei.

PRimæ itaq; diei opus fuit formatio lucis. Vnde consequēter scriptura dicit. Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem a tenebris. Cōgrue autē mūdi ornatus incœpit a luce, per quā cætera quæ creāda essēt uiderent. Quæ fuerit prima distinctionis operatio.

¶ Qualis illa lux fuit.

¶ Quæ lux spiritualis intelligi pōt, scilicet angelica natura, ut Augustinus ait. Quæ prius tenebræ erat, cū informis creata fuit, lux uero facta est, cōuersa ad creatorē, eiq; charitate adhærens. Vel etiam corporalis fuisse intelligit, quod probabilius est, uelut lucida nubes cū qua dies esse incœpit. Super Gen.

¶ Vbi lux sit facta.

¶ Quæ credi pōt ibi facta esse, ubi nūc corpus solare locatur. Vicē enim solis usq; ad diē tertiā tenuit, quæ motu suo circumactā noctē discernebat, & diem, uelut sol quotidiano cursu, nunc uehitur, eademq; distinguit, sequitur. Appellauitq; lucē diē, & tenebras noctē.

¶ Quot modis accipitur dies?

¶ DEniq; dies multis modis accipitur. Dicit enim dies lux ipsa, sicut præmissum est, & aeris illuminatio, ut sæpe occurrit, & spaciū uigin ti quatuor horarū, secundū quod dicit. Et factum est uespere & mane dies unus, quod sic est intelligendū. Factum est uespere prius, dū exacto cursu diurno, lux uergebat in occasum, & postea mane secūdæ. s. diei, eadē luce cursu nocturno, reuoluta ad ortū. Prima enim dies nō habuit mane, quod est aurora, sed a plena luce inchoauit, & terminata est in mane secundæ diei, sic cōputabat, ut dies pcederet, & seqret nox, quod usq; ad tempus sepulturæ domini factum est. Quod a mysterio nō uacat. Homo enim a luce iusticiæ per peccatū corruit in tenebras ignorātiæ. A resurrectione aūt domī a uespera cōputat dies in uesperā. Ita ut præcedat nox, & sequatur dies. In mysterio etiā qa per Christum a tenebris ad lucē redit homo. Vñ Apostolus. Eramus aliqñ tenebræ, nūc aūt lux in domino. Augu. super Gene. Eph. 5.

¶ Quare sol sit factus.

¶ Qd si quæritur. Cur factus est sol, cū lux illa diē faciebat. Dici pōt Lux illa partes superiores, prēsertim illuminare. Inferiores uero nō, ideoq; sol factus est, ita ut uel in eadē parte cœli, ea lux sibi adiuncta remaneat, Vel de ea forsan formatū est solis corpus. Sciendū est hīc deū nō dixisse temporaliter, ut fieret lux, quia nō mutabiliter, ut Augustinus ait. Nec sono uocis, cū nō esset lingua, qua loqret. Ad naturam ergo uerbi refertur, quasi nō sono uocis, sed in uerbo sibi coēterno dixit. i. uerbum genuit, in quo ab æterno disposuit, qd in tēpore facturus erat in eodē uerbo. Operatur enim pater in uerbo & per uerbū, ut frequēter scriptura dicit, nō quasi artifex per instrumentū, sed quia opificē omniū genuit. Vñ Chrisostomus. Sicut iudicare p filium Quæstio. Qualiter accipiendū est Dixit deus. Sup Gen. Opari per uerbū dī pr In expo. epi sto. ad Heb.

pater dicitur, quia iudicē genuit, sic & operari per filiū, quia constat eū opificē genuisse. Vel per filiū operari.i. cū filio. Nec tñ similiter dicitur filius operari per patrē, licet cū patre opereť, propter auctoritatem principii in patre seruandā. Eadē de spiritu sancto intelligēda sunt.

¶ DISTinctio. XIIII.

¶ De distinctiōe secundæ diei qua factum fuit firmamentū.

Gen. 1. DIxit quoq; deus. Fiat firmamētū in medio aquarū, & diuidat aquas ab aquis. Aquas. s. quæ in aere & in terra sunt. Ab aqs, quæ supra firmamentū sunt. De quibus dicitur. Qui tegis aquis superiora eius. ¶ De qua materia sit factū firmamentum.

Psal. 104. ¶ Arguitur autē hic de firmamēto sydereo, quod de aquis factū credi pōt, in modū Crystalli. Vnde Beda. Licet alii dicāt cœlū quod excedit aeris spacium igneæ naturæ esse. Quibus etiā astipulari uidetur Augustinus. Tamē quodcūq; creditur, fidē nō ledit. Quales autē & ad quid cōditæ sint, super firmamētum aquæ, ipse nouit qui cōdidit.

Super Gen.

Sup Gen.

¶ Quare dicatur firmamentū.

¶ Deniq; diciť firmamentū, nō propter stationē, sed propter firmitatē, & terminū aquarū intrāsgressibilē.

¶ Quare tacuit deus bonitatem rerum creatarū secundæ diei.

¶ Notandum etiā q̄ in hac die sicut in cæteris non legitur, Vidit deus q̄ esset bonū. Nō q̄ ita nō esset, sed propter aliquod sacramentū cōmendandū. Forsan em̄ propter binarii detestationē factum est, qui est principiū alteritatis & diuisionis.

¶ De distinctione tertiæ diei, qñ aquæ sunt cōgregatæ in unum locum.

¶ Tertiæ diei distinctio fuit cōgregatio aquarū, in locū unū. Dixit em̄ deus. Cōgregenť aquę in locū unū, & appareat arida. Fieri em̄ potuit, ut terra subsidens, cōcauas partes p̄beret, ubi fluctuātes recipe/ret aquas, & fieret arida apta gramībus. ¶ Vbi aquæ fuerit cōgregatæ.

Gen. 1.

¶ Aquæ aūt omnes dicunť in unū locum cōgregatæ, ppter magnū mare, unde exeunt, & ad quod reuertunť. Dicunť etiam cōgregationes aquarū, ppter multifidos sinus, & plurimas eaꝝ deriuationes, ex eodem mari. ¶ Epilogat.

¶ Ecce habes qualiter prima die creata fuit lux, quæ cuncta illustraret, & secūda firmamentū factū, quod diuideret aquas ab aquis. Tertia demū die aquarū molibus intra receptacula collectis, terra reuelata est, atq; aer serenat⁹. Tribus ergo primis diebus elemēta distincta sunt, tribus uero sequentibus eadē ornata existunt, de quo nobis uidendū est. ¶ De ornatu quartæ diei, qñ facta sunt luminaria.

¶ Cœli igitur ornatus in quarta die fuit, luminariorū creatio. Dixit

em deus. Fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidãt diẽ ac noctem. Gen. 1.
His namq; prouisum est hominibus, ut circũeunte sole, diei, noctisq; uicissitudine potirentur. Cõsolati etiã luna ac syderibus, ne nox indecora remaneret. De quibus etiã subditur. Et sint in signa & tẽpora Gen. 1.
& dies, & annos. Quod dictum est, nõ q̃ quarto die primo cœpissent tẽpora, sed quia sunt in signa serenitatis & tẽpestatis, & usitatæ distinctionis dierũ & annorũ, & quatuor anni tẽporũ scilicet ueris/æstatis/hyemis/& autumni.

DISTinctio. XV.

¶ De ornatu quitæ diei, quando creauit deus ex aquis uolatilia & natatilia.

ORnatus aũt quintæ diei, fuit creatio animantiũ ex aquis. Sic em dixit deus. Producãt aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terrã. De quibus duo elemẽta sunt ornata. s. aer in uolatilibus, & aquæ in natatilibus. Gen. 1.

¶ De ornatu sextæ diei, qñ creata sunt animalia & reptilia terræ.

¶ Die quoq; sexta ornata est terra in bestiis. Vñ dixit deus. Producat terra animã uiuentẽ, iumẽta reptilia, & bestias terræ, fm species suas, quæ omnes creatæ sunt ĩnoxiæ, sed per peccatũ factæ sunt plæræq; noxiæ. Gen. 1.

¶ De creatione hominis.

¶ Omnibus igit̃ dispositis ut pstrinximus, nouissime factus est hõ, & in mundũ tanq̃ uniuersorũ dominus, & possessor inductus. Vnde sequitur. Vidit deus q̃ esset bonũ & ait. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, de cuius creatione ammodo tractemus, sed de die septima prius absoluamus. Gen. 1.

¶ De ornatu diei septimæ.

¶ Scriptũ est igitur. Cõpleuit deus die septimo opus suũ, & requieuit ab uniuerso opere quod patrarat. i. perfecerat

¶ Quomõ intelligatur deum requieuisse.

¶ Deniq; requieuisse dicitur deus, nõ quasi lassus operãdo, sed nouã creaturã facere cessando. Sicut etiã in Apocalypsi accipit̃. Nõ habebant (inquit) requiẽ dicẽtia Sanctus. i. dicere sanctus nõ cessabãt. Apoca. 4.

¶ Quomodo intelligatur deũ complesse opus suũ die septima.

¶ Sed qualiter in ea die opus suũ, dicit̃ cõpleuisse, cũ in ea legatur nihil fecisse. Nisi forte q̃ in ea benedixit & sanctificauit, sicut scriptura testatur. Benedixit (inquit) diei septimo, & sanctificauit illũ quod operari fuit. Sicut Salomõ opus fecit cũ templũ dedicauit. Illũ autẽ diem sanctificasse dicitur, quia eũ pre cæteris mystica benedictiõe donauit. Vnde in lege. Memẽto sanctificare diem sabbati. Vel compleuit deus die septima opus suum. i. perfectũ & cõsumatum uidit. Gen. 1. Quæ sit bñdictio septimæ diei. Exod. 20.

¶ DISTinctio. XVI.

¶ De creatione hominis.

Quomō sit homo factus

Decursis supradictis de creatione hominis uideamus, inquirentes quomō, & qualis sit homo factus, exinde qualiter sit homo lapsus, tertio qualiter sit reparatus. In Genesi ergo legitur. Faciamus hominē ad imaginē. &c. Dicendo faciamus, una operatio triū personarū ostendit, dicēdo nostrā, æqualis substantia trium personarū ostenditur, uel mōstratur. Ex persona eīm patris hic dicit ad filiū, & ad spiritūm sanctū, non ad angelos, quia dei & angelorum nō est una imago, uel similitudo. ¶ Qualis factus est homo. Gene. 1.

In qbus considerat imago & similitudo.

¶ Deniq factus est homo secundū mentē, ad imaginē dei ꝓpter memoriā/intelligentiā/& dilectionē. Ad similitudinē uero propter innocentiā & iusticiā, quæ in mente hoīs naturaliter sunt. Vel imago in aliis est. Similitudo uero in essentia animæ. Vñ Aug. Anima similis facta est deo, quia īmortalē & indissolubilē fecit eam. Imago quoq pertinet ad formā, similitudo ad naturā.

De quātitate animæ.

¶ Quomō homo dicatur imago dei.

1.Chori.11.

¶ Homo etiā dicit imago dei. Vñ Apostolus. Vir est imago & gloria dei, quod de mēte dicit proprie, & tñ de homine dicit, in quo est ipsa imago. Sicut & pictura & tabula, in qua est ipsa pictura, imago dicit ¶ Homo dicit imago & ad imaginē dei, Filius uero solū imago.

Li.7.de tri.

¶ Notandū quoq ꝙ homo imago dicit, & ad imaginē. Filius uero imago tantū, quod quare sit Aug. dicit. Homo ita imago dicit, ꝙ ad imaginē, quia nō æquatur parilitate, sed accedit quadā similitudine. Filius autē est imago, sed nō ad imaginē, quia æqualis est patri. Ecce secūdū proprietatem mētis homo est similis deo, sed etiā corpus eius hoc indicat, quod est in cœlum erectum.

¶ DISTinctio. XVII.

¶ De creatione animæ Adæ.

Gen.2.

Q non corporeis istrumentis formasse deus dicitur.

Reprobat opinionē dicentiū aiam factā fuisse de substātia dei.

Proinde factura corporis & animæ describitur Adæ cū dicit. Formauit deus, quātū ad corpus, hominē de limo terræ. Itē Et inspirauit in faciem eius spiraculū uitę, quantū ad animā. Vel ꝓm alios, flauit uel sufflauit, nō ꝙ manibus corporeis, uel faucibus factum intelligamus esse, sed uolēdo & iubēdo fieri. Spiritus eīm deus est, nō corpus, qui quæcunq uoluit fecit. Insufflauit autē. i. flatū fecit, nō quidē de sua substantia. Flare eīm est flatum facere. i. animā. Vñ per Esaiam. Omnē flatum. i. animā ego feci. ¶ Qñ ania sit creata.

¶ Fecit eīm deus animā Adæ (ꝓm Aug.) cū angelis sine corpore. Secundū uero alios, in corpore creata est, ut totū corpus animaret. Faciē uero, quia pre cæteris partibus corporis, sensibus ornata est/nominatim expræsit. Verū qcquid de anima Adæ fuerit, de aliis tenē/ Super Gene.

dum est, ꝓ in corpore creentur, creando eā infundit eas deus, & infundendo creat.

¶ De inductiōe hois in paradisum, & qua ætate Adā creatus fuerit, & ubi.

¶ Fuit Adā in uirili ætate creatus (ut ait Augustinus super Gene.) Nō autē in paradiso factus est homo, sed extra, & ita in paradiso positus, sicut scriptura docet. Tulit (inquit) dominus hominē, & posuit eum in paradiso uoluptatis, quē plantauerat a principio. Per qd' significatū est, ꝓ ad meliora homo proficere deberet. Paradisus autē iste localis intelligitur, qui ab illo principio plantatus accipi potest, quo terrā, herbas, & ligna producere iussit deus. Vel a principio. i. in oriente. Vnde antiqua littera dicit ad orientē. Est autem illic locus amenissimus, magno fonte fœcundus, & lignis diuersi generis ac fructuosis decorus. Inter quæ est unū lignū uitæ uocatū, eo scilicet, quia diuinitus hanc uim accœpit, ut qui ex eius fructu comederet, eius corpus stabili sanitate & perpetua soliditate firmaret, nec in deterius, & in occasum labereť. Est etiā ibi lignū sciētiæ boni & mali. Nō ideo sic dictū, ꝓ arbor mala esset, sed quia propter prohibitionē erat in illa transgressio futura, qua homo experiendo disceret, quid inter bonū obedientiæ, malumq; inobediētiæ esset. Cognouit eā homo priusq; hoc lignū tangeret, bonū per experientiā & prudentiā, malū uero per prudentiā tm. Vsurpato aūt uetito etiā per experientiā malū cognouit. Nec melius cōsideratur, quantū malū sit inobedientia, q̄ prohibēdo a re bona, quæ tangēti nō obesset, si nō prohiberetur. Si enim rem ueneno sam prohibitus tangis, pœna ipsa nō tā ex phibitione, quā ex natura rei sequi uidetur. Dū igitur rem bonā prohibitus tangis, ex sola inobediētia pœna esse, sicut ex obedientia palma demonstratur.

Vbi factꝰ sit Adā. Gen. 2.

An paradisꝰ sit corporeꝰ

Paradisiacū describit locum.

De ligno uitæ.

Lignū scientiæ boni & mali.

¶ DISTinctio. XVIII.

¶ De formatione mulieris.

DEniq; in paradiso formauit deus mulierē de substātia uiri. Sicut scriptura dicit. Immisit (inquit) deus soporē in Adam. Cumq; obdormisset, tulit unā de costis eius, & ædificauit eā in mulierē.

Gene. 2.

¶ Quare facta sit de latere uiri mulier.

¶ Facta est igitur mulier de latere uiri, nō de capite, aut de pedibus. Quia nec domina, nec ancilla ei parabatur. Si enim de capite facta esset, uidereť uiro ad dnationem p̄ferenda, & si de pedibus ad seruitutem subiicienda, sed de latere facta est, ut per hoc ostendereť, quia in consortiū creabať dilectionis uiri, & adminiculū generationis.

¶ Quare Adam prius, & non simul Eua creata sit.

¶ Non aūt simul facta cum uiro, sed uir solus prius, de quo ipsa po-

Quare Adã prius, & nõ simꝑ Eua creata sit.

stea, ut per hoc imago dei in homine appareret. Sicut em̃ deus est principiũ totius creationis, ita Adã est principiũ humanæ generationis, In quo superbia diaboli retunditur, qui principiũ esse inique usurpare uoluit. ¶ Quare de uiro dormienti mulier facta sit.

¶ Qd autẽ facta est mulier sopore misso in Adã, sacramentũ Christi, & ecclesiæ fuit. Sicut em̃ mulier de latere uiri dormientis formata est. Ita ecclesia de sacramentis, quæ de latere Christi dormiẽtis in cruce profluxerunt, aqua & sanguine abluta a culpis, redempta a pœnis. Sic igitur corpus mulieris de corpore uiri traductum est, qd nõ similiter de anima intelligere licet, quæ nõ est ex traduce. Hieronymus em̃ anathematis uinculo obligat illos, qui eẽ aĩas ex traduce dicũt, inducens auctoritatẽ de ꝓpheta. Qui finxit singillatim corda eorũ, hic satis (inquit) innuit ꝓpheta, ꝙ nõ animã de anima facit deus, sed singillatim animas de nihilo creat.

Qaĩa nõ sit ex traduce.

Psal. 32.

¶ DISTinctio. XIX.

¶ De statu hominis.

De prio hominis statu añ lapsũ uidelicet quo ad corpꝰ & animam.

Occurrit hic triplex de statu hominis consideratio, qualis. s. homo fuerit ante peccatum, & post peccatũ, & in resurrectione erit. In primo itaq; statu habuit hõ posse mori, & posse nõ mori. In secũdo statu. s. post peccatum/habuit posse mori, & non posse nõ mori. In tertio statu/habebit posse non mori, & non posse mori. Vnde Aug. Primũ de limo terræ formatũ est corpus animale nõ spirituale, cũ quali etiã resurgemus. Illud em̃ ante peccatum mortale & immortale erat quia poterat mori, & nõ mori, quod per peccatũ mortuũ factũ est, ut Apostolus ait. Nõ em̃ hoc corpus est mortale, sicut primi hominis fuit, sed deterius, quia necessitatẽ habet moriendi. Qd mutabitur in spirituale, nec poterit ultra dissolui, cũ induerit immortalitatẽ. Filii em̃ resurrectionis nõ poterũt ultra peccare/nec mori. ¶ Vnde immortalitas Adæ fuit ante peccatum.

Sup Gene. 6 ca. 6.

Apostolus Roma. 5.

Quaꝶ corpus hois immortale erit post resurrectionẽ.

¶ Videtur aũt immortalis fuisse caro Adæ ante peccatum de conditione naturæ adiuuãda, tũ per ciborũ alimoniã, tũ per esum ligni uitę perficienda. Vñ Augustinus. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata est, ut per alimoniã cæterorũ lignorũ, quæ iussus erat manducare seruaretur, donec perductus ad ætatẽ conditori placidã, ipso iubente sumeret de ligno uitæ, quo perfectæ immortalitatis factus, ultra cibi alimẽta nõ requireret. Nec mouet quod ait Augu. scilicet, Quodãmodo creatus est homo immortalis, ꝙ erat ei de ligno uitæ, nõ de cõditione naturæ, si subaudis, perficiendæ. Cui sensui congruunt uerba domini/dicentis de Adã, post peccatum. Videte ne forte

Aug. sup Gene. li. 3. c. 25.

Aug. sup Gene. li. 3. c. 21.

Gen. 2.

sumat

sumat de ligno uitæ & uiuat inæternum.

¶ Obiectio, An primi parentes cibo ante peccatũ indiguissent.

¶ Sed adhuc cõtradicũt quidã, putãtes primos parentes nõ indiguisse cibo ante peccatũ, & dicũt. Si nõ peccarẽt, nõ morerentur, nõ autẽ peccarent si nõ comederẽt, quia poterãt sine alimonia uiuere. Quib⁹ dicit, ꝙ nõ solũ peccarẽt de uetito edentes, sed etiam concessis non utentes. Fuerat em utrumq; præceptũ. s. istis uti, & illo abstinere. Vñ Aug. In mãdatis utrumq; cõtinebatur, ut de concessis mãducarẽt, & ab interdicto abstinerẽt. Respõsio.

¶ Obiectio replicatiua.

¶ Itẽ si nõ peccarẽt, famẽ nõ sentirent, cũ ea sit pœna peccati. Sine fame autẽ superfluo comederẽt. Ad quod dicitur. Fames uere pœna peccati est. Est em ĩmoderatus appetitus edendi. Cui non subiaceret homo, si nõ peccasset, Haberet tũ naturalẽ appetitũ & moderatũ, cui etiã ante peccatũ satisfacere oportuit. Rñsio.

¶ DIStinctio. XX.

¶ Quare in paradiso nõ coierunt primi parẽtes.

CReati aũt primi parentes in paradiso nõ coierũt. Quia creata muliere, mox trãsgressi sunt, & eiecti. Vel quia deus nõdum iusserat ut coirent, poteratq; diuina expectari auctoritas, ubi concupiscentia nõ angebat. Duplex ratio quare in paradiso nõ coierint.

¶ Vbi genuerint primi parentes.

¶ Cæterũ de paradiso emissi genuerunt. Quibus honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus ibi esse nõ potuit sine ardore libidinis, sine labore pariẽdi. Quia credendũ est, illos ante peccatũ genitalib⁹ mẽbris imperare potuisse, sicut & cæteris in quolibet opere, sine aliquo pruritu uoluptatis. Sed post peccatũ motum illũ meruerũt, per quẽ nuptiæ uerę ordinantur. Infirmitas enim prona in ruinã turpitudinis, excipitur honestate cõiugii, & quod sanis esset officiũ, ægrotis est remediũ. Qualiter añ peccatũ genuissent.

¶ Quales fuissent filii procreati ante peccatũ.

¶ Potest aũt dubitari, si ante peccatum genuissent, Vtrũ mox geniti perfecti essent, statura corporis, & sensu animi, uelut Adã mox cũ cõditus esset, aut per interualla temporũ, ut modo, sic proficerent? Vtiq; nihil horũ quod auctoritate diffinitũ est, occurrit. Nisi ꝙ forte necesse erat paruulos nasci (ut Aug. ait) propter uteri necessitatẽ. Hoc autẽ certũ est, ꝙ propriæ infirmitati mentis congruit, hæc infirmitas carnis, scilicet ꝙ homini nato, nec pedes idonei ad incessũ, nec manus saltem habiles sunt ad scalpendũ, qd aliter est in plurium animaliũ pullis, qui mox nati currunt, & matrẽ sequuntur. Rñdet Bandinus.

¶ Quid de sensu animi sit tenendum.

¶ Deniq; si quis eos fm animã, per tẽporis interuallũ profecturos

esse dixerit. Non urgebitur ideo confiteri ignorantiā, quæ pœna peccati est, in eis potuisse eē añ peccatū. Quippe nō omnis qui aliqd nescit, & minus perfecte scit, statim ignorat, quia ignorātia non dicit, nisi cum id quod sciri & nō ignorari debet nescitur, talis ignorātia pęna peccati est. Talis autē erat homis status ante peccatū, ut dictū est, de quo si nō peccasset, transferendus erat cū uniuersa posteritate, ad perpetuæ felicitatis amorem.

Quid sit ignorantia.

De hois trāslatiōe i melioré statū.

DISTinctio. XXI.

¶ De inuida tentatione diaboli.

VIdens igitur diabolus, per humilitatē posse ascendere hominē, unde per superbiā ipse ceciderat. Inuidit ei, & ideo ad tentandū eū, deiiciendūq; accessit. Verū quia eius malicia timida est ad tentandā uirtutem, nō uirū, in quo plus rationis uigere sciebat, sed īfirmā mulierē ppo suit. ¶ Quare demō i aliena forma uenit.

¶ Ne aūt fraus eius perciperet, non in propria forma, sed in aliena uenire uoluit. Itaq; permisit ei deus, formā suæ maliciæ cōgruentem. s. serpentis, per quē tentaret, quē spiritu suo diabolus implēs (ut Augustinus ait) Sapiētissimū omniū bestiarū fecit. Inde dicit serpens callidior cunctis animātibus terrę. Nō quidē pro rationali anima, sed pro spiritu diaboli, quo adimplebat, qui sapientissimus est.

Geñ. 3.

¶ De tentationis modo.

Geñ. 3. ¶ In hac itaq; forma mulieri astitit dicens. Cur præcepit uobis deus ne comederetis de omni ligno paradisi? Cui mulier. Ne forte moriamur. Quo dicto aditū seducēdi apperuit, ac ideo protinus subiūxit. Nequaq̄ moriemini. Scit em̄ deus, q̄ in quocunq; die comederitis ex eo, aperient oculi uestri, & eritis sicut dii, scientes bonū & malū.

¶ Homo tribus est tentatus modis.

¶ Vbi diabolus tentauit hominē tribus modis. Gula, uana gloria, auaricia. Gula, persuadēdo cibū dicens. In quocūq; die comederitis. Vana gloria, promittēdo deitatē dicens. Eritis sicut dii. Auaricia, pmittendo scientiā dicens. Scientes bonū & malū. Est autē gula īmoderata cibi auiditas. Vana gloria propriæ excellentiæ. Auaricia enormis cupiditas habendi, quæ nō tantū pecuniæ est, sed omnis quod supra modū ambitur. ¶ De ordine & pgressu humanæ perditionis.

Gulā qd sit. Vana gloria quid.

Auaricia qd

¶ Nota hic etiā ordinē humanæ perditionis. Primo affirmauit deus dicens. In quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier dubitando dixit. Ne forte moriamur. Tertio diabolus negauit dicens. Nequaq̄ moriemini. Dubitans ergo ab affirmāte recessit, & ut periret, neganti appropinquauit.

¶ DISTinctio. XXII.

¶ De peccato hominis.

DEniq; uidens lignũ, q̃ esset pulchrũ uisu, & ad uescendum suaue, credens uerbis serpẽtis cõmedit, deditq; uiro suo, in quo (diabolo suggerẽte) uterq; peccauit. Gen. 3.

¶ Quorundã opinio ponentiũ casum hominis ælationẽ p̃cessisse in aio eiꝰ.

¶ Videtur tñ q̃ tentationẽ p̃cesserit eoꝝ peccatũ, pro eo qd̃ dicit Aug. super Gen. Nõ est putandũ q̃ homo deiiceret, nisi p̃cessisset in eo quædã ælatio cõpriméda. Item. Quõ uerbis tentatoris crederet mulier, nisi menti eius inesset amor propriæ potestatis, & de se supba præsumptio? quod si ita est. Nõ alterius prius suggestione peccauit homo, Cũ auctoritas tradat. Ideo peccatũ diaboli esse ĩcurabile, quia nõ suggestione, sed propria supbia cecidit. Hominis uero curabile, quia nõ per se, sed per aliũ cecidit, ideoq; per aliũ surgere potuit. Ad hoc autẽ dicimus, q̃ ælatio tentationẽ nõ præcessit, sed prohibitæ cõmestionis opus. Lib. 11. ca. 6. Idẽ in eodẽ. Rñdet obiectioni.

¶ Ordo transgressionis.

¶ Hoc eñ ordine actũ est. Præcessit seducẽtis tentatio, secuta est ĩ hoĩe mentis ælatio, accessit tertio inobediẽtis transgressio.

¶ Quæ fuit ælatio mentis utriusq;

Talis aũt fuit ælatio mulieris, ut uellet habere dei similitudinẽ, putans id esse uerũ, qd̃ diabolus dixerat. Eritis sicut dii. Quæ ælatio nequaq̃ fuit in uiro, nec fuit seductus. Vt ait Apost. Nõ credẽs esse ueꝝ qd̃ diabolus suggerebat. s. deũ lignũ ideo tangere, ꝓhibuisse, q̃ sciret eos sicut deos futuros si tetigissẽt. Sane cũ uideret Adã mulierẽ accœpta illa esca corporaliter nõ mortuã, sicut credebat, mox aliqua inhæsit mẽti eius ælatio, qua cupet & ipse lignum uetitum experiri. Nõ enim fuit seductus Adã, ut Apost. ait. In eo inq̃, in quo mulier, ut crederet. s. illud esse uerũ, eritis sicut dii. Sed in eo est deceptus, q̃ putabat illud peccatũ ueniale esse. Vñ Aug. Inexpertus diuinæ seuerita tis Adam, in eo falli potuit, ut ueniale crederet illud esse cõmissum. Gen. 3. 1. Thimo. 2. In quo fuit seductus. 1. Thimo. 2. Sup Gene.

¶ Quorundã sentẽtia q̃ Adam etiam ambierit esse ut deus.

¶ Porro, uidet qd̃ & uir uoluit esse sicut deus, ubi eñ dicit. Quæ nõ rapui tũc exsoluebam. Ait Augustinus. Rapuit Adã & Eua præsumẽtes, ut diabolus de diuinitate rapere uoluerũt diuinitatẽ, perdiderũt felicitatẽ. Itẽ Aug. sup illud. Deus quis similis erit tibi? Qui p se uult esse ut deus, peruerse uult deo similari, ut diabolus qui noluit esse sub eo. Et homo qui ut seruus noluit teneri præcepto, sed uoluit ut nullo sibi dominante esset quasi deus. Itẽ super illud Pauli. Philippensiũ secundo. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. ps. 68. ps. 82. Oppõit iterum. Super illum locũ q̃ non rapui.

Rñdet. Quia nō usurpauit, quod suū nō esset, ut diabolus & primus homo. Ad quod dicunt. Ideo hoc Adā uoluisse, quia mulier de eo sumpta, illud uoluit. At q̄liter peccatū in mūdū intrauit p unū hoīem? Rñdet Quia per mulierē intrauit de uiro factā. Mulier em̄ priusq̄ uir peccauit.

¶ Vter eorū plus peccauerit.

¶ Melius autē uidetur quibusdā, q̄ etiā Adā ambierit, sicut deus esse, sed quia nō credidit id fieri posse, nō adeo exarsit/ ut mulier, quæ hoc fieri posse putabat, ideoq̄ magis ambiēdo superbiuit. Minus ergo uir peccauit q̄ mulier. Q̄ uir minus peccauit q̄ mulier.

Super Geñ. ¶ Pro eo etiā intelligitur uir minus peccasse, quia ut ait Augu. De uenia & de pœnitētia cogitauit, & de dei misericordia. Putauit enim utrūq̄ posse fieri, ut & uxori morē gereret, & per pœnitentiā ueniā haberet. Idem quoq̄ uidetur ex eo q̄ mulier in se, in deum, & in proximū peccauit. Vir uero tm̄ in se, & in deū. Ex eo etiā apparet, q̄ gra uius mulier punita est, cui dicitur. In dolore paries filios. Gene. .3.

Aliter idem probat.

Ex punitiōe quoq̄ pbat mulierē plus uiro peccasse.

¶ Opponit contra id quod dictum est, uirū minus peccasse.

Super Geñ. ¶ Huic autē cōtrarius uidetur Aug. loquēs de excusantibus peccatum. Ideo em̄ (inquit) nō cōfitetur Adā peccatum, sed dicit. Mulier quā dedisti mihi dedit mihi & cōmedi. Mulier quoq̄ nō confiteť, sed in aliū referens ait. Serpens decepit me, & cōmedi. Impari sexu, sed pari fastu peccauerūt. i. pari supbia. Pariter ergo peccauerūt. At hæc tria peccata parentū, in negotio nostræ perditionis distingue. In peccatū transgressionis scilicet, & excusationis, in quibus pro pari sciētia, & superbia peccauerūt pariter, & peccatū elationis, in quo pro dispari ambitione (ut dictū est) Alter altero plusue minusue peccauit.

Soluit mgr̄

¶ Obiectio contra id uirum minus scilicet peccasse.

De summo bo. lib. 6. ¶ Obiicitur etiā, quia cū tribus modis (ut Isidorus ait) peccetur. Ignorātia. s. infirmitate, & industria, grauiusq̄ sit peccare īdustria, q̄ ignorantia. Videtur Adā plus peccasse, eo q̄ sciēter peccauit, nec em̄ seductus fuit. Mulier autē seducta fuit, ut dictū est, ut per ignorantiam excusanda uideaťā. Ad quod dicendum est. Qd̄ ignorātia Euæ excusari nō potest, quia scire potuit, sed noluit. Erat em̄ ratione & sciētia prædita, præsertim cū sciret se mandatū cōtra diaboli suasionem accepisse. Ipsa em̄ dicit. Præcepit nobis deus &c̄. Eis aūt auferť excusatio ignorantiæ (ut ait Aug) Qui mandata dei nouerunt.

Rñdet.

Gen. 3.

Ad Valentinianum.

¶ De triplici ignorantia.

¶ Deniq̄ ignorantia alia est Affectata. Vt eorū, qui scire possunt, & nolunt, in quibus est ipsa peccatū. Alia est ingrata, eorū. s. qui scire uolūt & nō possunt. ✠ Alia est simplex, ut eorū qui simpliciter ne/

✠ In quibus ē pœna peccati.

sciunt. In quibus etiã peccatum est. Vnde Aug. Aliud est nescisse, aliud est scire noluisse. Quia in eis, qui intelligere noluerũt, ipsa ignorantia peccatum est. In eis uero qui nõ potuerũt, pœna peccati. Ignorantia uero eorũ, qui tm̃ simpliciter nesciũt, nullũ sic excusat, ut æterno igne nõ ardeat, sed forsan ut minus ardeat. Est autẽ affectata uincibilis. Ingrata/inuincibilis. Simplex uero est uincibilis in pœnã, inuincibilis autẽ a maiori pœna. Vbi supra.

¶ DISTinctio. XXIII.

¶ Quare nõ fecit deus hominẽ meliorem, ut quærũt hoies

Rñdet

HIC quærit aliquis. Cur fecerit deus hominẽ talẽ, qui seduci possit. In quo nouerit ille magnificentius cũ homine esse actum. Sic em̃ factꝰ homo, in natura habuit posse, & in potestate uelle nõ consentire suadẽti, iuuante deo, & est gloriosius non cõsentire, q̃ tentari non posse. Quare permiserit deꝰ tentari hominẽ, casuꝫ eẽ ꝓgnoscẽs

¶ Quare deus eos creauit quos ꝑsciebat malos esse futuros.

¶ Quæritur etiam, cur creauit deus quos sciuit malos esse futuros. Ideo scilicet. Quia quicquid boni de malis eorũ facturus esset/ præuidit. Sciebat em̃ eos profuturos bonis, quare nõ frustra eos creauit.

¶ Cur deus hominẽ impeccabilẽ non creauit.

¶ Quæritur etiã, Cur nõ talem fecit deus hominẽ, q̃ nec peccaret? Vel si peccaret, cur nõ in meliorẽ statũ eũ reparauit, cum posset? Ad hæc & huiusmodi, quæ curiosiꝰ quærit, etiã iners sic respõde. Posset reuera. Sed cur nõ fecit? Quia noluit. Cur noluit? ipse nouit. Nõ quæras, pro eo quod scriptũ est. Nõ plus sapere q̃ oportet. Nec em̃ uasfigulo dicit. Cur me sic fecisti? Roma. 12.

¶ De triplici hominis ante lapsum sciẽtia.

¶ Deniq̃ fuit homo ante lapsum triplici cognitione præditus. Creatoris scilicet, rerũ creatarũ, & sui. Creatorẽ em̃ noscebat, nõ tm̃ sic ꝑfecte, qualiter sancti in futuro facie reuelata cognoscent. Nec in enigmate, qualiter nũc uidemus, sed quadã propinquiori intelligentia qua dei præsentiã contemplabatur. Rerũ quoq̃ cognitionẽ habuit, quod patet per hoc, quia cunctis animãtibus nomina imposuit, quæ propter illũ creata, & ab illo regẽda fuerant. Proinde & sui cognitionem habuit, intelligens quid superiori, & æquali, & inferiori deberet. Nec em̃ reus esset trãsgressionis, si hoc nõ nouisset. Quõ homo scientiã habuit de creatore. Q̃ creataꝫ sciam habuit homo. Sui cognitionẽ habuit

¶ Quod si quæritur, utrũ circa se futura prænouerit. Vtrũ hõ præscius fuerit sui casus.

¶ Dicimus, q̃ magis ei facienda indicta sunt, q̃ futura reuelata. Nõ ergo fuit homo præscius sui casus, sicut & de angelo dicimus.

¶ DISTinctio. XXIIII.

¶ De gratia hominis, & de potentia ante casum.

¶ Hic sciendũ est q̃ homo creatus fuit in uolũtate recta, datumq̃ fuit ei auxiliũ, quo in ea rectitudine stare posset, non autẽ mereri salutem, nisi alia sibi gratia dareť. Vnde Aug. Sic factus est homo rect⁹ ut manere in ea rectitudine posset, nõ tñ sine dei adiutorio.

In Ench.

¶ De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat.

¶ Quod si angelo, uel homini, cum primo facti sunt defuisset, non utiq̃ sua culpa cecidissent. Illud autem erat libertas arbitrii, ab omni corruptione immunis, uoluntatis etiã rectitudo, omniũq̃ naturaliũ potentiarũ sinceritas & uiuacitas. Ad hoc autẽ quod diximus, hominẽ per hæc sine alia gratia nõ posse proficere. Obiicitur, per illud auxiliũ gratiæ creationis, potuit homo manere in bono, potuit ergo resistere malo, qd̃ si fecisset, profectus esset ei, & uitæ meritũ. Ad qd̃ dicimus. Quia resistere malo tunc demũ uitæ meritũ est, cũ causa sub est, quæ nos id facere mouet, qualis nũc est corruptio peccati, q̃ tũc in homine nõ erat. Alioquin meritũ nõ est qd̃ in angelis apparet, quibus non fuit stare meritũ. Declinare eñ a malo semper uitat pœnã, sed nõ semper meretur palmam.

De arbitrii libertate.

Obiectio.

Rñsio.

¶ DISTinctio. XXV.

¶ De libero arbitrio.

De libero arbitrio ſm se siue i gñali.

Quid sit lib. arb. & ubi.

NVnc de libero arbitrio uideamus. Differentes, ubi sit, & quid sit, & unde dicatur, quoq̃ etiã sit, & ad quæ pertineat. Est autem liberũ arbitriũ in uolũtate & ratione. Est eñ facultas uoluntatis & rationis. Propter uolũtatẽ quæ cogi nõ põt, liberũ dictũ. Propter rationẽ uero arbitriũ quæ arbitrať & diiudicat inter bonũ & malũ. Inde igitur diciť liberũ arbitriũ, q̃ libere & spõtanee ducatur. Vel ad bonũ eligendũ, nõ tñ sine auxilio gratiæ. Vel ad malũ in qd̃ per se sufficit. ¶ Q̃ superior descriptio nõ cõuenit deo nec glorificatis.

¶ Porro ſm hæc nõ uidetur in deo esse liberũ arbitriũ, cũ deus malum eligere nõ possit. Vnde etiã Hieronymus ait. Solus deus est in quẽ peccatũ cadere nõ potest, cętera cũ sint liberi arbitrii, in utramq̃ partem flecti possũt. Similiter, nec in glorificatis, qui male uelle nõ possunt. Vnde Aug. Primũ, liberũ arbitriũ fuit, posse non peccare. Nouissimũ nõ posse peccare. Mediũ autẽ, posse peccare, & posse non peccare. ¶ Q̃ in deo sit liberũ arbitrium.

In Homilia de filio pd.

Lib. 22. de ciui. dei. ca. 3.

¶ Sane liberũ arbitriũ est in deo. Vnde Ambro. super illud. 1. Chor. 12. Diuidens singulis pro ut uult. i. pro liberæ uoluntatis arbitrio, nõ pro necessitatis obsequio. Ipsa ergo uolũtas diuina, quæ nõ necessitate, sed libere omnia facit, pro ut uult, est in deo liberũ arbitrium.

In li. de tri.

In glorificatis etiã est liberũ arbitrium. Vnde Aug. Nõ carebit homo libero atbitrio, quia sic erit, ut male uelle nõ possit. Multo quippe liberius erit arbitriũ, quod omnino nõ poterit seruire peccato, neq; aut uoluntas nõ est, aut libera dicẽda nõ est, qua beati sic esse uolumus, ut esse miseri, nõ solum nolimus, sed nequaq; prsus uelle possimus. Vt igitur tam deo q̃ hominibus, & nunc & in futuro liberum conueniat arbitriũ, inde dici uidet, quod sine coactione potest eligere, quicquid ratio decreuerit eligendum.

Li. zz. ti. dei

Q. liberius erit arbitriũ qñ peccare, nõ poterit.

¶ De quadripartito statu liberi arbitrii.

¶ Hic nota quatuor hominis status in libero arbitrio. Ante peccatũ scilicet, qñ nihil impellebat ad malũ, nihil impediebat ad bonũ. Post peccatũ ante reparationem, ubi præmit a concupiscentia & uincitur. Post reparationẽ uero ante confirmationẽ, ubi præmitur a concupiscentia propter infirmitatẽ, sed nõ uincitur propter gratiã. Post cõfirmationẽ uero ubi nec præmet nec uincetur. Infirmitate penitus cõsumpta, & gratia cõsumata, ubi recipiet omnẽ libertatẽ.

Status hois añ peccatũ.

Post peccatũ añ reparationẽ.

Post reparationem.

Post confirmationẽ.

¶ De triplici libertate.

¶ Est em libertas, a necessitate, a peccato, a miseria. A necessitate libertas est, qua liberũ arbitriũ semper liberũ est. Quippe cũ in uoluntate sit, quæ cogi nõ põt. Libertas a peccato est, qua serui iusticię effi cimur. Vnde Apostolus. Liberati a peccato serui facti estis iusticiæ. Libertas a miseria est, de qua dicit. Et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis. Veniẽs in libertatẽ glorię filiorũ dei. Hãc autẽ omnem libertatẽ etiã habuit liberũ arbitriũ ante peccatum. Corruptum aũt per peccatũ, retẽta prima quæ est naturæ, perdidit sequẽtes, quę sunt gratiæ. Liberũ em arbitriũ est, ille qui descendẽs a Hierusalem in Hierico uulneratus est in naturalibus, spoliat⁹ in gratuitis bonis. Vnde Aug. Male utens homo libero arbitrio, & se pdidit, & ipsum totũ peccati suituti subiugauit.

Libertas a necessitate.

Libertas a peccato.

Roma. 6.

Libertas a miseria.

Ro. 8.

Lucæ. 10.

In Ench.

¶ De iæqlitate libertatis liberi arbitrii.

¶ Patet igitur ratione supradicta, liberũ arbitriũ esse semper & in singulis, nõ tñ pariter est liberũ ĩ singulis. In malis em simpliciter est liberum, per eã libertatẽ, quæ est a necessitate. In redemptis uero liberius est, propter eandẽ, & eã quoq; quæ est a peccato. Vnde in eis liberatũ dicit, In glorificatis uero erit liberrimũ, omnimodã habens libertatẽ, ad bona nõ ad mala. Quantũ ad se igitur liberũ est, nõ pariter. Est em liberius ad malũ, quod per se põt, q̃ ad bonũ, qd nisi gratia adiuuante nõ potest. Hinc ergo patet, duas esse libertates liberi arbitrii, malam. s. & bonã. Mala igitur & nõ uera libertas est, cum ratio dissentit a uoluntate iudicans, quod uoluntas appetit nõ esse fa/

Duas esse libertates dicit.

Mala libert.

Bona libertas.

ciendum. Bona uero libertas & uera est, ubi ratio uolũtati cõcordat. Cæterũ hoc nõ de pluribus essentialiter, sed de una eadẽq; libertate disserimus. Nec em̃ eam in hæc duo quæ dicta sunt, nisi per officia geminamus, Velut homo singulariter unus, idemq; bonus aliqñ est, aliquãdo uero malus, quasi alius & alius. ¶ Ad quæ ptinet liberũ arbitriũ

¶ Nunc sciendum qd liberũ arbitriũ nec ad præsentia ptinet, nec ad pręterita, qd em̃ est uel fuit, sic determinatũ est, ut nõ sit in libero arbitrio tũc, qñ est uel fuit, ut sit uel nõ sit, fuerit uel nõ fuerit. Ad futura igitur tm̃ pertinet, nõ tamẽ ad ea, quæ an proueniãt an nõ, in potestate nõ habet, sed ad ea tantũ, quæ ut sint, uel nõ sint, bona malaue uoluntatis libertate potest eligere.

¶ DISTinctio. XXVI.

¶ Quid sit uoluntas.

De gra operãte & cooperante.

Est autẽ uolũtas, animi motus, nullo cogente ad aliquid, nõ admittendum uel adipiscendũ. Vt autẽ malum nõ admittat & bonũ adipiscatur, gratia dei præuenit & subsequitur.

Rom. 9.

Vnde Apostolus. Nõ est uolentis neq; currentis, sed dei miserentis. Quod nõ ita dicitur, quasi uoluntas hominis sola sine dei misericordia nõ sufficiat ad bonũ. Sic em̃ econuerso dici posset. Nõ est miserẽtis dei solius, sed uolentis homis, cũ id misericoridia dei sola nõ im-

Solutio.

pleat. Pro eo ergo dictum est, ut totũ deo tribuatur, q; hominis uoluntatẽ bonã, & præparat ad iuuandam, & adiuuat ꝑparatã. Nolentẽ em̃ præuenit ut uelit, uolentẽ subsequit ne frustra uelit.

¶ Q; bona uoluntas comitatur gratiam.

Aug. ad Bonifaciũ ꝓtra Pelegiam.

¶ Constat ergo ex istis. Voluntatẽ hominis per se nõ uelle efficaciter bonũ, Hanc autẽ gratiã sequit uoluntas, quæ præcedit nullo uocante merito. Gratiã em̃ dei nihil meriti ꝑcedit humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta, mereat & perfici. Voluntate comitãte, nõ ducente, pedissequa nõ præuia. ¶ Quæ sit gratia uoluntatẽ præcedẽs.

¶ Hæc autẽ gratia fides Christi est, quæ impetrat, quod lex impe-

Roma. 5.

rat, Quæ etiã iustificat, ut ait Apostolus. Iustificati ex fide pacem habemus ad deũ. Præcedit autẽ, sicq; liberat a seruitute peccati, ut pie

In Ench.

uiuat in Christo. Vnde Aug. Arbitriũ ipsum post ruinã liberandũ est, a seruitute peccati. Nec omnino per seipsum, sed per solã gratiã dei quæ in fide Christi posita est, liberatur, ut uoluntas ipsa præparetur. Ex his constat uoluntatẽ bonã ex fide esse,

¶ Q; fides ex uolũtate uideat procedere.

¶ Videtur tm̃ fides ex uolũtate prouenire, pro eo quod ait Apostolus. Corde creditur ad iusticiã. Nõ (inquit Aug.) simpliciter ait, credi- Ro. 10.

Aug. sup Io.

tur, sed

tur, sed corde credit, quia cætera potest homo nolēs, credere nō nisi uolens. Item ubi Laban & Barhud dixerunt super Genesim. Vocemꝰ puellā, & quęramus eius uoluntatē, dicit expositor qui est super Genesim. Fides est nō necessitatis sed uoluntatis. Sed hæc & his similia nō pro eo dicunt, ꝙ fides ex uoluntate proueniat, sed quia nō uenit fides, nisi in eum qui uult credere, cuius bonā uoluntatē puenit, nō tēpore, sed auctoritate & efficacia. ¶ Instantia.

¶ Hæc autē quæstio fortius ingrauatur ex uerbis Augustini tractantis illud, nō ꝙ sufficiētes simus cogitare aliquid quasi ex nobis. Quis (inquit) nō uideat prius esse cogitare q̄ credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendū. Ex hoc manifeste liquet, ꝙ cogitatio boni, uoluntatis est. Ipsa uolūtas fidem præcedit, Ad quod dicimus, qd cogitatio boni uel uolūtas. Vtiq; præcedit fidē nō tamē illa qua recte uiuit, ad quā hoc ordine uenitur, scilicet, Pręcedit intellectus boni. Sequit cogitatio eiusdē, tertio est bona uoluntas uel delectatio. Quod Aug. distinguēs ibi. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Concupiuit desiderare (inquit) nō desiderauit. Vdemus em̄ aliqn̄ ratione q̄ utiles sint iustificationes dei, sed nō desideramus. Præuolat ergo intellectus, sequit tardus aut nullus affectus. Scimus bonum, nec delectat agere, & cupimus ut delectet.

Aug. li. de p̄ desti. sanctorum.
1. Chorin. 3.
Solutio.
Ordo deueniēdi ad bonā fidem.
Psal. 108.

¶ Augustinus ponit gradus quibus deuenitur ad dei iustificationes.

¶ Ostēdit itaq; quibus gradibus ad eas ueniatur. Primus em̄ est. Vt q̄ sint utiles uideas. Deinde ut earū desideriū cōcupiscas. Postremo ut proficiente gratia earū operatio delectet te. Si hoc igit attendis tota expirat quæstio. Vt em̄ pie uiuas, prius intelligis bonū, Secūdo cogitas ꝙ nō ex te, sed ex deo est. Tertio operari delectaris, qn̄ iam per fidem & charitatē bona facta est uoluntas, qua sola recte uiuit, ipsaq; fidei comes est, nō præuia. Eadē tamē quædā gratiæ dona præcedit, quæ. s. iustificatū sequuntur. Vnde Augustinus. Præcedit bona uoluntas hominis, multa dona dei, sed nō omnia. Quæ autem nō præcedit ipsa in eis est, & ipsa iuuat, quia nec tempore ab eis præceditur, & eis consentit ad bonum

In Enchi.

¶ De triplici genere bonorum.

¶ Vt autem euidentius, quæ dicta sunt, innotescant. Sciendum est, ꝙ bonorum, alia sunt maxima, alia minima, alia media. Maxima quibus recte uiuitur, & nemo male utitur. Minima sunt, sine quibus recte uiui potest. Media sunt sine quibus recte non uiuitur, quibus utrisq; bene & male utimur. Vnde Aug. libro primo retracta. Virtutes quibus recte uiuit, magna bona sunt. Species uero corporis, sine

quibus recte uiui potest, minima. Potentiæ uero animi sine quibus recte uiui nõ potest, media. Deniq; uirtutibus nemo male utitur, Cæteris uero bonis bene & male uti potest. Porro uirtute ideo nemo male utitur, quia opus uirtutis est bonus usus istorũ, quibus etiã male utimur. Nemo aũt bñ uiuẽdo male utitur.

Idẽ in li. de libero arbi.

¶ In qbus bonis sit liberum arbitrium.

¶ Cæterũ, Liberũ arbitriũ inter bona media est, quia & eo male uti possumus, & illud est sine quo recte uiuere nequimus. Bonus igitur usus eius, opus uirtutis est. Sicubi autẽ legitur q̃ uirtus est. Virtus ibi pro eius opere accipitur.

¶ DIStinctio. xxvii.

¶ De uirtute & eius merito.

De spũ & anima. Psal. 118.

VIrtus igitur est (ut Aug. ait) bona qualitas mentis, qua recte uiuitur, & qua nemo male utitur, quã solus deus in hoĩe operatur. Vt de iusticia Aug. dicit ibi. Feci iudiciũ & iusticiã, Iusticia magna uirtus est, quã nõ facit in homine nisi deus, Ideoq; cũ ait. Feci iusticiã, nõ ipsam uirtutẽ quã nõ facit homo, sed opus eius intelligi uoluit. Sic & de cęteris dictũ est.

¶ Fides non ex homine, sed ex deo est.

Eph. z.

¶ Secundũ hoc eñ, de fide Apostolus ait. Gratia estis saluati per fidem, & hoc nõ ex uobis. Dei eñ donũ est. i. fides nõ ex uiri naturæ uestræ est, quia donũ dei pure est. Hæc gratia operans dicit, quia uoluntatẽ sanat, & ad bonũ præparat, & cooperans iuuat, quia eam in benefaciendo iuuat. De hac etiã merita ueniũt. Vñ Aug. ad Sixtũ præsbyterũ. Quid est meritũ homĩs ante gratiam, cũ omne bonũ nostrũ, meritũ non facit, nisi gratia?

Qbona uoluntas grãtia pricipaliter est, & etiam gratia est sicut & omne bonũ meritum.

¶ Qualiter bonũ meritũ in homine constituatur.

¶ Ex gratia enim, & libero arbitrio, meritum prouenit, hoc modo. Velut ex fide & libero arbitrio actus. Vel affectus mentis efficitur. Credere scilicet, quod est primũ meritũ, similiter ex charitate & libero arbitrio diligere, ita de cæteris, per quæ merita & sibi augmentũ, & nobis iustificationẽ, & uitam merentur uirtutes

¶ De muneribus uirtutũ, & de gratia quæ nõ est, sed facit meritum.

¶ Hæc tamẽ merita pro auctoritate principii simili gratiæ dantur. Vnde etiam ipsa gratia dicunt. Vnde Augustinus. Cũ coronat merita nostra nihil aliud coronat q̃ munera sua. Vnde uita æterna quæ meritis redditur, gratia uocatur, quia gratis datur, nec ideo gratis quia meritis nõ datur, sed quia per gratiam dantur & ipsa merita quibus dantur.

Ad Sixtum p̃sbyterum

¶ Sententia alioꝝ de uirtute.

¶ Alii tñ dicũt. Virtutes esse bonos, usus naturaliũ potẽtiarũ, Interiores & exteriores, qui per corpus gerunt, opera uirtutũ dicentes. Ad hoc autẽ ideo mouent, quia dicit Augustinus super Ioan. Quid est fides? Credere quod nõ uides. Item. Charitatẽ uoco motũ animi. Ex hoc inquiũt. Si charitas & fides motus animi sunt, uirtutes ergo motus animi sunt. Sic em̃ hæc per causam dicta sunt, intelligendum est, ita ꝙ charitas est motus animi. i. uirtus qua mouet animus ad diligendũ. Itẽ fides est credere quod nõ uides. i. gratia qua creditur, quod nõ uidetur. Aliud est autẽ quod credit, aliud quo credit, aliud ipsum credere. Deniq; si uirtꝰ esset motus mẽtis, iã nõ ex solo deo esset, ut superius cõprobat. Verũ ex libero arbitrio, ex quo omnis motus mẽtis esse, ex his uerbis Augustini ostendit. Animæ inquit si libero arbitrio ad faciendũ uel nõ faciendũ animi motũ carent. Si deniq; his abstinẽdi ab opere suo potestas nulla concedit, earũ peccatũ tenere nõ possumus. Nõ est ergo uirtus, motus mentis. Hoc em̃ si esset, iã non ex uirtute liberũ arbitriũ esset bonũ qd uerũ est, sed ex bono, liberũ arbitriũ uirtus esset, qd falsum est.

Li. 3. de doctrina chri.

Soluit.

¶ DISTinctio. xxviii.

¶ De hæresi Pelagianoꝝ.

Postremo subiiciendũ est de Pelagiana hæresi, quę gratiæ aduersatur. Hæc ergo oim̃ recẽtissima a Pelagio monacho exorta est, quæ gratiæ inimica, sine gratia credit hominẽ posse facere omnia mãdata diuina, quã ad hoc dari hominibus dicit. Vt quæ facere per liberũ arbitriũ iubentur facilius per eã impleant. Destruit etiã orationes quas ecclesia facit, uel pro infidelibus ut cõuertantur, uel pro fidelibus ut perseuerẽt, Tradens hoc nõ a deo, sed a seipsis habere homines. Paruulos etiã sine originalis peccati uinculo asserit nasci.

De liberi arbitrii hois lapsi potestate quã habet gra circũscripta.

¶ Disputatio Pelagianoꝝ cõtra Augustinũ.

¶ Pelagiani ergo hæc dicẽtes, de uerbis Augustini cõtra ipsum, sic disputabãt. Si nõ põt homo ea facere quæ iubent, nõ est ei imputandũ ad mortẽ, Vt tu ipse dicis. Quis (inqt) peccat Augustine in eo qd caueri nõ põt? Peccatur autẽ, Caueri igit potest.

In lib. de libero arbit.

¶ Augustini sentẽtia cõtra Pelagia.

¶ Sed hoc de uolũtate se dixisse Aug. ait, ac si diceret. Quis necessitate ad mortẽ peccat, nõ uolũtate? Voluntas em̃ est qua peccat, & recte uiuit, sed nisi dei gratia liberet, ea recte uiui non potest.

Aug. li. retr.

¶ Aliud cõmemorat, quod Pelagi. falso intelligebãt.

¶ Item. Peccati (inquit) reũ teneri quẽq;, quia nõ fecit qd nõ potuit,

Aug. i li. de duabꝰ aiabꝰ

insanire est. Cur ergo paruuli, & qui nō habēt gratiā, sine qua nō possunt facere mandata rei sunt? Sed illud dixerat Augustinus specialiter contra Manicheos duas naturas in homine esse dicētes. Vnā ex deo bonam, alterā ex gente tenebrarū malā, adeo quod bonum uelle nō posset. Quod si esset, nō uideretur ei imputandū, cur non faceret bonū. Deniq; uidetur Augustinus huic doctrinæ gratię in plerisq; aduersari. Dicit enim. In potestate hominis est mutare uoluntatē in melius. Item. In potestate nostra est, ut uel inseri bonitate dei uel excidi eius seueritate mereamur. Item nostrū est credere & uelle, q; autē bonū operamur dei est. Sed hæc qualiter intelligamus ipse aperit his uerbis. Eadem regula utriusq; est uolēdi & faciēdi. Vtrūq; enim dei est, quia ipse præparat uoluntatē. Et utrūq; nostrum est, quia non fit nisi nobis uolentibus. Omni igitur perfidia euacuata, id de gratia & libero arbitrio indubitanter teneamus, ut Hieronymus docet. Liberum scilicet sic esse arbitriū, ut dicamus nos dei auxilio semper egere, & tam illos errare, qui cū Manicheo dicūt, hominē peccatū uitare non posse, q̄ illos, qui cū Iouiniano hominē nō posse peccare. Vterq; tollit libertatē arbitrii. Nos uero dicimus hominē semper peccare & nō peccare posse. Hæc est fides quā in catholica didicimus ecclesia.

In retractationibus.
In li. de duabus aiali b9.
In expositione quarūdā ppoium Epi. ad Ro.
Augu. lib. retracta.
In expositione fidei ad Damasum papam.

¶ DISTinctio. xxix.

¶ Qd' gratia operans ante peccatū necessaria fuit.

POst hæc sciendū est, hominē ante peccatū etiā operāte gratia egere, Nō ut ea liberaret a peccato, sed ut præpararetur ad bonū efficaciter uolendū. Vnde Aug. Nec tūc sine gratia ullū meritū esse potuisset, quia & si peccatū in solo erat arbitrio cōstitutū, nō tñ iusticiæ habēdæ uel retinēdę, sufficiebat liberū arbitriū, nisi diuinum p̄beret auxiliū. ¶ Vtrū hō aū peccatū uirtutes habuerit.

In Ench.

¶ Itē sciendum est, qd' charitatē & uirtutes habuit homo ante peccatū, Vt his auctoritatibus probat. Ait enim Aug. Adā perdita charitate malus inuentus est. Itē Adā aūt ante peccatū spirituali mēte p̄ditus fuit. Item Adā quando solus erat, nō est præuaricatus, quia mēs eius adhęrebat deo. Itē. Homo ante peccatū beatissimus aurā carpebat æthereā. Virtutes igitur habuit quas per peccatū p̄didit, ꝓpter quod de paradiso eiectus est dicēte domino. Videte ne forte sumat de ligno uitæ, & uiuat inæternū, quod nō ita dicit, ut uiueret inæternum, si cōmedisset, sed mō irati locutus est dominus de supbo, & est sensus. Cauete uos angeli ne cōmedat de ligno uitę, quo est īdign9, De quo si perstitisset & cōmederet & uiueret inæternum.

Aug. sup Gene.
Ambro. ad Sabinū.
Amb. super psalmos.
Gen. 3.
Expōit uerba Gene.
In q̄dā Omilia.

¶ De flammeo gladio.

¶ Ne uero posit ad illud accedere, posuit deus añ paradisum Cherubin, & flammeũ gladiũ atq; uersatilem. Quod ita ad litterã potest accipi. Quia per ministeriũ angelorũ ignea custodia ibi posita est. Spiritualiter uero intelligi datur, q̃ nisi per charitatẽ quæ est plenitudo scientiæ, per quã & temporales pœnas quæ etiã uersatiles sunt, quia cũ tẽpore uertunt, ad uitam non reditur.

¶ DISTinctio. XXX.

¶ Quod omnes reos fecit peccatum Adæ.

DEniq; peccante Adam, peccatũ similiter & pœna per eũ trãsit in posteros. Vnde Apostolus Sicut per unũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit, ita & in homines omnes mors pertransiit. Quod Pelagiani male de peccato imitationis dictũ esse putauerũt. Nec enĩ Adã sed diabolũ eius principẽ diceret Apostolus, si de eo intellexisset, de quo in Sapientia dicit. Inuidia diaboli mors intrauit in mundũ. Imitant enĩ eũ, qui ex parte ipsius sunt. Nõ ergo de illo sed de peccato propagationis, uel originis, dicit Apostolus, qd̃ per Adã transiit in omnes cõcupiscibiliter generatos.

Roma.5.

Refellit Pelegianas rationes.

Sapi. 2.

¶ Peccatum originale quid.

¶ De quo multiuarie senserũt, Quibus dã putantibus illud, nec culpam esse, nec pœnã, sed reatum. Vel debitũ, uel obnoxietatẽ, quo iure pœnę adiicimur, pro peccato primi hominis, uelut secũdũ lege, nõ nunq; exulant filii pro crimine patris, quod nõ cõtraxerunt. Porro & culpam esse, & pœnã, his auctoritatibus probatur. Ait Gregorius. Omnes ex carnis delectatione concepti culpã originalẽ nobiscũ contraximus. Aug. quoq; ait. Peccatũ primi hominis nõ solũ ipsum, sed omne genus necauit humanũ, quia ex eo dãnationẽ simul & culpam suscepimus. Idẽ. Nemo nascitur, nisi trahens pœnã & meritũ pœnæ, qnod est peccatũ. ¶ Q̃ origiale peccatũ dicit fomes peccati. i. cõcupiscẽtia

Originalẽ culpã eẽ & pœnam.

De natura & gratia.

Augu. super psal. 50.

¶ Hoc autẽ nõ est motus uel actus animæ, uel corporis, sed fomes peccati, qui dicit cõcupiscẽtia, & lex carnis, & mẽbrorũ, & languor naturæ, Tyrannus quoq; qui est in nostris mẽbris. Vnde Aug. Est in nobis cõcupiscẽtia, quæ nõ est permittẽda regnare. Sicut & eius desideria, quæ sunt actuales cõcupiscentiæ, quæ ueniũt ex languore naturę. Languor autẽ iste est Tyrannus, qui mouet mala desideria.

In libro de baptismate paruulorũ.

¶ Quid per concupiscentiã intelligatur.

¶ Hæc autẽ concupiscentia nõ est ipse actus cõcupiscendi, sed uicium cũ quo nascimur, Vnde Aug. Quæ est concupiscentia in qua nati sumus? Viciũ utiq; est, qd̃ paruulũ habilẽ concupiscere, adultum etiã concupiscentẽ facit. Nõ igitur tm̃ imitãdo Adã transgredimur, sed

Aug. in tra. de uerbis Apostoli.

In li. de baptismate parvulorum.

etiã nascimur ex eo peccatores. Vnde Augu. Adã præter imitationis exemplũ, occulta suæ carnalis cõcupiscentiæ tabe, in se omnes tabefecit de sua stirpe uenturos. Inde Apostolus ait. In quo omnes peccauerũt. i. in quo homine, in quo uelut in materia omnes fuerũt, uel in quo. i. in quo peccato. Vnde Apostolus, consequẽter per in obedientiã unius hominis multos dicit peccatores cõstitutos. Quod sic est accipiendum

Rom. 5.

¶ DISTinctio. xxxi.

¶ Quomõ peccatũ originale a patribus transeat.

QVia ex actuali inobediẽtia Adæ, originale peccatũ. i. carnalis concupiscentia puenit, ut & in illo esset, & in oẽs pertransiret, per traducẽ utiq; quæ carnis est, nõ animæ, in qua ipsum peccatũ habitat, per causam corruptiõis, nõ per culpã. Vnde Ambrosius. Quomodo habitat peccatũ in carne, cũ nõ sit substantia, sed priuatio boni?

De uerbis Apostoli.

¶ Q; propter carnis corruptionẽ dicit peccatũ esse in carne.

¶ Ecce primi hominis corpus, per peccatũ corruptũ est, ipsaq; corruptio in corpore manet, cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo q; facti causa manet in carne, dicitur habitare peccatũ in ea. Itẽ nõ habitat peccatũ in anima, sed in carne, Quia peccati causa ex carne est, & nõ ex anima, quia caro est ex origine carnis peccati. Per traducẽ em omnis caro fit peccati rea, nõ anima. ¶ Obiectio.

¶ Sed obiicit. Si tantum caro ex traduce est nõ aia, quę dudũ postea infundit, nõ uidet peccatũ in carne trahi, eo q; non sit peccatũ, id qd contractum est, præsertim cũ peccatũ nõ possit esse in re irrationali qd caro est, ante sociatã animã. Sed sciendũ q; peccatũ in carne est añ animã sociatã per causam, nõ per effectũ, Nec sequitur, Si nõ est peccatũ quod in carne tractũ est, ergo nõ est peccatũ in carne tractum, qa nec quod in utero conceptũ est, homo est, & tamẽ in utero homo cõceptus est. Nec qd in agro satũ est, seges est, & tamẽ in agro seges ẽ.

Rñdet obiectis.

¶ An causa originalis peccati sit pœna uel culpa.

¶ Per causam igitur tm ibi est peccatũ, quæ nõ est culpa sed pœna, pollutio scilicet, & fœditas, ex ardore coitus contracta. Cuius contagio anima mox infusa fit rea, uelut liquor ex uasis uicio illico acescit uel mucescit. ¶ Quomõ peccatũ per traducẽ transeat.

¶ Per hæc aũt iã liquido apparet, quõ peccatũ per traducẽ trãseat. Nec em ideo, q; caro ex Adã trahitur, peccatores nascimur, sed quia uiciose per libidinẽ trahitur. Dum sibi inuicem uir mulierq; miscent, nõ sine libidine potest esse eorũ concubitus. Ob hoc filiorũ ex eis nascentiũ nõ potest sine peccato esse cõceptus. Vbi peccatũ transmit-

tit in paruulos, nõ propagatio, sed libido, nõ naturę fœcunditas, sed libidinis fœditas. Ex quibus euidenter innuit, quare domini caro peccatrix nõ fuit, Quia alia lege q̃ nostra ex adã descendit. Non em̃ corruptione libidinis, sed uirtute spiritusancti de uirgine concepta est.

¶ DISTinctio. xxxii.

¶ Quod peccatũ originale uoluntariũ & necessariũ est.

VOluntariũ deniq̃ est hoc peccatũ, quia ex uoluntate primi hominis processit. Vnde Aug. Illud quod in paruulis dicit originale peccatũ, nõ absurde uocatur uoluntariũ, quia ex primi hominis mala uoluntate contractũ, factum est hæreditariũ. Est etiã necessariũ, quia uitari nõ potest. Vnde Propheta. De necessitatib⁹ meis erue me. In prio li. retractationũ Psal. 24.

¶ Quare anima munda corpori iungatur.

¶ Sed cũ hoc sit, Qua iusticia, anima munda a deo creata, illo tenetur? Ideo inquã. Quia eius uicio corpus corruptũ est, nõ quia carni cõdelectetur, dũ infunditur, ut quidã uolunt. Iam enim nõ originale esset, sed actuale. Vnde Aug. Nõ fuit corruptio corporis, quæ aggrauat animã, causa primi peccati, sed pœna, nec caro corruptibilis animam fecit peccatricem, sed peccatrix anima carnẽ corruptibilẽ fecit. Rñdet. Li. de ci. dei

¶ Vtrũ anima ante baptismũ talis sit, qualis creata extitit.

¶ Quæ aĩa cum absq̃ uicio a deo creet, nunq̃ tñ ante baptismũ talis est, omnino. Protinus em̃ infusa maculatur, uelut pollutas habẽs manus, nunq̃ tale habuisti pomũ, quale tibi mundis manibus dedi.

¶ Cur innocentem animã nocenti corpori societ deus.

¶ Nec tñ est causandus deus, cur innocentẽ animã corpori societ, sciens eã exinde maculandam, damnandãq̃, si nõ regeneret, hoc em̃ occultæ suæ iusticiæ est. ¶ An aĩæ ex creatiõe sint æq̃les in donis naturalib⁹.

¶ Aĩas p̃terea alias, aliis excellẽtiores in naturalibus donis creari, nõ improbabiliter dicitur, cũ in angelis ita fuisse constet, quod tamẽ neq̃ pœnæ neq̃ uitæ meritum est. Quia ingenii acumen uel tarditas, præmiũ uel pœnã in futuro nõ collocat.

¶ Quõ remittat origiale peccatũ in baptismo, & tñ post maneat ꝯcupiscẽtia.

¶ Hoc aũt peccatũ in baptismo soluit quantũ ad reatũ. Vnde Augustinus. Gratia per baptismũ id agit, ut corpus peccati destruatur, ne concupiscentia in carne respersa, obsit mortuo, quæ inerat nato. Nec tñ penitus in baptismo absumit, remanet em̃ post actum in mẽbris. Vnde Aug. Dimittitur cõcupiscentia carnis in baptismo, nõ ut non sit, sed ut nõ imputet ad peccatũ. Quomodo igitur alia peccata pereunt actu, & remanẽt reatu, ut homicidiũ & huiusmodi. Ita econuerso fieri potest, ut cõcupiscentia p̃tereat reatu, & remaneat actu. De baptis. paruulorũ. Aug. de nuptiis & cõcupiscentia.

Aug. contra Iulianum. Manet em̃ in uetustate carnis, nõ ut regnet, sed tanq̃ superata iaceat, quæ quotidie minuitur in perficientibus & cõtinentibus, usq; dũ perimitur, nisi illicito consensu reuiuiscat. Manet etiã, quia operat desideria, cõtra quæ dimicãt fideles. Quæ igitur ante baptismũ erat pœna & culpa, post tantum pœna est.

¶ Quomodo a parentibus mundis, proles originale cõtrahat peccatum.

¶ Hæc aũt concupiscentia, licet regeneratis nõ imputet, quæcũq; tñ proles nascitur, obligatur originali peccato, a parẽtibus licet mũdis tracto. Nec mirũ. Quomodo em̃ præputiũ per circũcisionẽ auffertur, manet tamẽ in eo, quẽ genuerũt circumcisi? Quomõ etiã palea, q̃ tanta diligentia separatur, in fructu manet, quæ de purgato nascitur tritico. Ita peccatũ quod in parentibus per baptismũ mundatur, in filiis manet quos genuerũt

DISTinctio. xxxiii.

¶ Quod nõ alioꝝ parentum, nisi Adæ peccata filiis imputantur.

POstremo sciendũ est, q̃ tantũ Adæ, nõ alioꝝ parentũ filiis imputatur peccatũ, quod exinde probat. Quia quib⁹ regenerationis gratia nõ cõfertur, sed mox nati moriunt, mitissima pœna debetur. Ait enim Aug. Mitissima pœna eorum erit, qui p̃ter originale peccatũ, nullũ aliud supaddiderũt. Quod si ita est, nõ igitur peccatis omniũ parentũ obligãtur. Si em̃ pro illis, & pro suo originali peccato punirentur, non iam minor, sed forte maior q̃ eorundem parentũ pœna esset. Cui sensui cõcordat Propheta dicens. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, sed anima quæ peccauerit ipsa morietur. ¶ Obiicit.

In Enchir.

Ezech. 18.

¶ His autẽ contrariũ uidet quod in lege dominus ait. Ego sum dñs deus fortis zelotes uisitans iniquitates patrum in filios, usq; in tertiam & quartam generationẽ. Sane hæc nõ esse contraria intelligit, qui qd̃ ibidem subdit, diligenter attendit, hoc. s. his qui oderint me. Per quod (ut Hierony. ait) euidenter ostendit, nõ ideo puniri filios, quia peccauerũt patres, sed quia eis similes quodammõ hæreditario malo deum oderũt. De filiis iniquos patres imitãtibus loquitur lex, quos ideo specialiter nominauit, quia maxime filii patres solent imitari, quos præcipue diligunt. Soluit aliam partẽ obiectionis.

Exod. 20.

Rñdet.

Hieron. sup Exo. & Augustin⁹ sup uerbo psal. Deus laudẽ meam. &c.

¶ Solam etiã tertiã quartamq; generationẽ dixit. Eo q̃ solent patres interdũ uiuere, donec filios tertios uel quartos generẽt, qui patrum uidentes iniquitatẽ, impietatis eoꝝ hæredes imitãdo efficiunt.

¶ Quis sit mysticus sensus in uerbis his.

¶ Quod etiã mystice intelligendũ esse ostenditur, ex eo q̃ parabo-

la dicit

la dicitur in Ezechiele. Pater itaq; est (ut quidã dicunt) primus punctus cogitationis, filius uero est conceptio peccati, Consensus. s. & delectatio mulieris. Nepos est cõpletio operis uel cõplendi decretũ consensus. s. uiri, uel patratio peccati. Pronepos aũt est perseueratio in eo quod fecisti. Omnes aũt primos & secundos stimulos cogitationũ, quos Græci Propatheos uocant, sine quibus nemo esse potest, nõ æternaliter puniet deus. Sed si cogitata qs facere decreuerit, uel quæ fecit corrigere noluerit, quæ sunt mortalia peccata, & tertia, & quarta generatio. ¶ Determinatio eorũ quæ opponi potuerunt.

¶ Nec mouet qd' dicit. In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, quasi in pluribus. Vt em̃ Aug. ait. Plurale ibi pro singulari ponitur, more scripturæ. Vt ibi. Mortui sunt, qui q̃rebant animã pueri, de solo Herode agens, sicut & ecõuerso singulare ponitur pro plurali. Vt ibi. Ora ergo ad deũ ut aufferat a nobis serpentẽ, cũ nõ unum, sed plures populus pateretur

Psal. 50.
Aug. in En.
Math. 2.
Numeri. 21.

¶ An actuale peccatum Adæ sit grauius cæteris.

¶ Postremo quærendũ uidet. Si peccatũ transgressionis Adæ cæteris omnibus grauius fuerit, Quod ex eo uidetur. Quia totã humanã naturã mutauit, & uiciauit, quod nullũ aliud fecit, Et quia plus omni alio peccato nocuit. Multiplici em̃ miseriæ, tandemq; utriq; morti subdidit, qd' nullo alio factum est. Ad quod dicimus, q̃ nõ est putandũ, illud peccatũ maius fuisse, peccato in spiritũ sanctũ, nec em̃ maius, quia totã naturã nostrã corrupit, sed quia ab homine cõmissũ est, qũ in eo tota humana natura erat. Nec etiã quia plus nocuit maius ẽ putandũ, quia minora mala plus qñq; nocent, sicut ecõuerso minora bona plus prosunt. Velut Apostolus, dũ coartaret, e duobus minus elegit bonũ, pluribus tũ profuturũ. Sicut etiã baptismi sacramentũ prodest pluribus q̃ altaris, nõ tamen est maius.

Augu. in Ench.

Vna ratio.
Alia ratio.
Rũsio Bandini.

¶ DISTinctio. xxxiiii.

¶ De actuali peccato, ſm eius causalitatem.

Post prædicta uero de actuali peccato agamus cõsiderantes q̃ fuit origo peccati, & in qua re sit peccatũ, & quid sit peccatũ, & quot modis cõtrahat. Sciendũ, q̃ q̃ ante peccatũ nulla res fuit, nisi bona, bona itaq; res. s. hoĩs uel angeli natura, existit origo peccati. Vñ Aug. Malã uoluntatẽ, unde dicis ortã, nisi ex bono? Si em̃ ex angelo uel hoĩe qd hæc duo erãt, priusq̃ in eis mala uolũtas oriret, nisi bonũ opus dei, & laudãda natura? Ergo ex bono orit malũ, nec fuit unde posset oriri nisi ex bono.

Quæ fuerit pria origo actualis peccati.
Cõtra Iulianũ hæreticũ

¶ Mala uoluntas secundaria causa fuit maloꝝ.

Ex mala uoluntate oia mala.

¶ Cæterũ ex mala uolũtate tanq̃ ex arbore mala fiunt omnia mala, quæ ad nos pertinẽt, tanq̃ fructus mali. ¶ In qua re sit malũ.

In Ench.

¶ Similiter nõ in alia re, nisi in bona est malũ, Quod ex Augustino probatur. Malũ nihil aliud est q̃ corruptio uel priuatio boni, quæ in bono dumtaxat est. i. in natura, q̃diu itaq̃ natura corrumpitur, ĩest ei bonũ quo priuetur, ac per hoc si nõ esset bonũ, in quo malum esset, prorsus nec malũ esse posset. In quo Dialecticoꝝ regula fallit, quia dicunt. Nulli rei simul inesse duo cõtraria. Cũ enim bona & mala, nullus ambigat esse contraria, nõ solũ simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse nõ possunt. Vnde res mira conficitur. Vt quia omnis natura, inquantũ natura est, bonũ est, nihil aliud dici uidet, cum uiciosa natura mala esse dicitur, nisi malũ esse qd bonũ est. Inde etiã cũ dicitur homo malus, quid dicit nisi bonũ malũ? Sed bonũ quia homo, malũ quia iniquus. Sane hoc dicẽdo nõ incidimus in illud Propheticũ. Ve qui bonũ malũ dicũt, uel malũ bonũ. Illud em̃ intelligendũ est de rebus bonitatis & maliciæ, quibus homines boni uel mali sunt. Vel uelut si quis dicat. Adulterũ bonũ uel naturam inquantũ natura est, malum esse.

Dialecticoꝝ regula fallit

Respondet tacitæ q̃stiõi Esaiæ. 5.

¶ DISTin. xxxv.

¶ Quid sit peccatum.

Ad Faustũ.

In li. de duabus aiabus.

In lib. de paradiso.

PEccatum autem est (ut Aug. ait) omne dictũ uel factũ uel cõcupitũ, quod fit cõtra legẽ dei. Idem. Peccatum est uolũtas retinẽdi uel consequẽdi, quod iusticia uetat. Ambro. quoq̃ ait. Quid est peccatũ nisi præuaricatio legis diuinæ, & cœlestiũ inobediẽtia præceptoꝝ? Ex quibus manifestũ est actũ malũ interiorẽ & exteriorẽ, scilicet malã cogitationẽ, locutionẽ, & operationẽ, esse peccatum. Præcipue tamẽ in uolũtate peccatũ cõsistit. Ex qua tanq̃ ex arbore mala, opera mala procedũt, quasi fructus mali.

Peccatũ cõsistit in uolũtate.

¶ DISTinctio. xxxvi.

¶ De uarietate peccatoꝝ.

Sup illũ locũ ps. 57. Supececidit ignis. &c.

Sup Ezech.

Greg. i moralibus.

SCiendũ est aũt. Quædã sic esse peccata, ut sint etiã pœnę peccatoꝝ. Vnde Aug. Inter primũ peccatũ Apostasiæ, & ultimã pœnam gehennæ sunt media, quæ & peccata sunt, & pœna peccati. Greg. quoq̃ ait. Peccatum quod per pœnitentiã citius nõ delet, aut peccatũ, aut causa peccati est, aut peccatũ & pœna peccati, aut peccatũ simul & causa & pœna peccati. Peccatum autẽ dicit causa peccati respectu sequẽtis. Pœna uero respectu p̃cedẽtis peccati. Cũ em̃ peccatũ p pęnitentiã nõ diluit, mox suo põdere ad aliud trahit, qd nõ solũ peccatum, sed & pœna peccati est. Quia iusto iudicio deus cor peccantis obnubilat. Vt præcedentis peccati merito, etiam in alia cadat.

Vnde Ioannes. Iustũ est ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vbi iustum, nõ consequẽtis est, sed cõsequẽdi. Vt necesse est, qui currit moueatur. Per hoc sane uidetur, aliquod peccatũ, illud. s. quod est pœna peccati iustũ eẽ, Quia ut Aug. ait. Oĩs pœna peccati iusta est. Sed notandum qd̃ peccatũ dicitur pœna & corruptio uel priuatio boni, nõ per essentiã, sed p̃ efficientiã. Vel uelut diuiciæ dicunt̃ esse gaudiũ, non quia sint, sed quia faciũt gaudiũ. Sic & in Epistola Petri. Passio iniusta dicit̃ esse gratia, nõ quia sit, sed quia gratum faciat apud deũ, eam dico patienter tolleratã. Sic & peccatũ, statim ut ab aliquo fit, a deo separat, & naturalia bona obtenebrat. Quæ separatio, uel obtenebratio, est corruptio, & pœna peccati essentialiter, & hæc a deo ẽ, peccatum uero nõ. Quod Aug. ita dicit. Præscit deus, sed nõ prædestinat ea quæ nõ est facturus. i. omnia mala, quæ & si sint aliqua peccata simul & pœnæ, secundũ illud. Tradidit illos deus in passiones ignominiæ. &c. Nõ tamẽ peccatũ dei est, sed iudiciũ. i. pœna.

Apoca. 22.
Solutio.
Li. retracta.
1. Petri. 2.
Li. de p̃dest. sanctorum.
Roma. 1.

¶ DISTinctio. xxxvii.

¶ Q̃ deus nõ est auctor peccatoꝝ.

EOrum autẽ omniũ deus auctor nõ est, quia deo auctore non fit homo deterior. Malũ sane, & culpa dicitur, quã nequaq̃ facit deus, & pœna, quã utiq̃ facit. Vnde propheta. Nõ est malum in ciuitate quod deus nõ faciat. De hoc tamẽ Augustinus dicit, q̃ deꝰ auctor mali non sit, sed q̃ hoc dixit, causaliter dixit. Inquit em̃ hoc idẽ ita dixi sicut dictum est. Deus mortẽ nõ fecit, quia nõ facit illud p̃ quo mors infligitur. i. peccatũ.

Aug. 83. q.
Amos. 3.
In li. de. 83. q̃st. quod in li. retractat. exponit.

Sapi. 1.

¶ Q̃ oĩa in quantũ sunt, bona sunt

¶ Sunt tũ qui existimãt omnẽ uoluntatẽ, & actum, a deo esse, eo q̃ putant ea, inquantũ sunt, bona esse. Ait em̃ Aug. Omne quod est, in quantũ est, bonũ est. Et alibi. Ille summe est, qui omnino incõmutabilis est. Cætera uero quæ sunt, nisi ab illo esse nõ possunt, quæ in tm̃ bona sunt, inquantũ accœperunt ut sint. Respõsio ꝓm Aug. Illa uniuersitas generi rerũ attribuenda est. Nõ em̃ colligit nisi substãtias & naturas, ut ex eiusdem uerbis liquet. Ait em̃. Si casu aliqua fiunt in mundo, nõ prouidẽtia uniuersus mundus regit̃. Quod si est, ergo aliqua substantia, uel natura est, quæ ad opus prouidẽtiæ non pertinet. Ecce nomẽ uniuersi mũdi, naturas uel substãtias exponit. Naturas autem intelligit ea, quæ naturaliter ipsæ substantiæ habẽt, uelut intellectum, memoriam. &c̃. ¶ Contra eos oppositio.

Aug. 83. q.
Rñsio.

¶ Porro facile p̃bat̃, q̃ malus actus inquantũ est, a deo non est, q̃ in quãtũ est, corruptio boni est Quicqd aũt bonũ corrũpit, a deo nõ ẽ.

Quia (ut dictũ est) nihil fit, auctore deo quo sit homo deterior. Aliter. Omne quod facit deus, natura est, actus aũt malus, nõ est natura, sed actus accidens defectu boni naturã uicians. Item. Opera diaboli q̃ dicunt uicia, actus sunt, nõ res. Itẽ. Actus malus peccatũ est, omne autem peccatũ iniquitas est, qui actus a deo nõ est, iniquitas em̃ per ipm̃ facta nõ est, sed est peruersio, quã fecit homo. Itẽ. Actus malus, uelut inuidiæ, nec fuit, nec est, nec esse potest bonus a deo, igitur nõ est. Iniquitas em̃ per ipsum facta non est. Item. Si actus malus a deo nõ est, q̃ peccatũ est, falsum est, q̃ sine ipso factus sit. Dũ em̃ cõmittitur, deus dat ei esse, ergo nõ sine deo fit. Qualiter intelligamus peccatũ est nihil.

¶ Cũ uero supra diximus, peccatũ esse ipsum actum, uel uoluntatẽ, quæ aliquid sunt, Videmur forte ab eo dissentire, quod dicitur. Peccatum est nihil. Sed nihil dicit esse ipsum peccatum, nõ quia nõ sit aliquid, sed ꝓpter defectum, ad quem ducit, Et quia a uero esse, quod deus est, abducit. Hoc em̃ sensu, ipsi homines quos indubiũ est aliqd esse, aliquando nihil esse dicunt. Dicit em̃ Aug. Peccatũ nihil est, qa nihil fiunt homines dũ peccãt. Sic & idolum quoq̃, cũ sit aurũ, nihil dicitur esse in mundo.

Sup Ioan. 1.

¶ DISTinctio. xxxviii.

¶ De uoluntate & fine, ex quo ipsa iudicatur.

SCiendũ est autẽ, q̃ ex suo fine pensat. Vtrũ recta fit, an prauа. Deniq̃ rectus finis ẽ charitas, sicut ꝓpheta dicit. Omnis cõsumationis uidi finẽ, latũ mandatum tuũ nimis. Prauus uero finis est cõtrarius huic. Vnde Aug. Tunc recte fit, quod mandat deus, uel quod consulit, cũ ad dilectiõem dei, & proximi referr. Qd uero ita fit, ut ad charitatẽ nõ referatur, nondũ fit quomõ fieri oportet, & tunc recte nõ fit. Sunt & alia plura, fines uolũtatis, quæ oia ad unũ supræmũ referunt finẽ. Vt in hoc exemplo. Volo parare cibum ut pauperẽ reficiã, hoc fine, ut deo placeam, & ut uitã æternã habeã. Quæ finis est omniũ bonorũ finiũ. Finis autẽ (ut Aug. ait) est delectatio, ad quã cura & cogitatiõe nitit quis peruenire. Intentio aũt interdum pro uoluntate, interdũ pro eius fine accipitur, quod diligẽs lector ubicunq̃ occurrerit studiose discernat.

Finis rectus Psal. 118.
Finis prau⁹. In Ench.
Sup illũ locũ psal. Scrutãs corda & renes. &c.

¶ DISTinctio. xxxix.

¶ Quomodo uoluntas intelligatur esse mala.

NOtandũ autẽ diligẽter est, q̃ cũ uolũtas dicit eẽ mala uel peccatum, nõ intelligitur de illa naturali potentia, qua uolum⁹ sed de eius actu, qui est uelle. Malus scilicet usus uolũtatis, qui de malis nunq̃ potest esse nisi malus. Quod nõ contingit de acti-

bus aliarũ potentiarũ. Mali sunt si cõtra charitatẽ sint. Velut memorare uel ĩtelligere malũ, nõ ut caueas, sed ut facias. Ipsa uero naturalis potentia, quæ & in paruulis est, semper bona est. Vt de imagine ĩ qua creati sumus, Augustinus ait, ꝙ etiã inter uicia natura bona est. Li. 15. de tri.

¶ DISTinctio. XL.

¶ De operibus quando sint bona uel mala.

OPera eũ ꝓm finẽ pensanda dicimus. Vtrũ sint bona uel mala, exceptis quibusdam, quę sic per se mala sunt, ut ex causa nulla possint esse bona. Quod Aug. ita dicit. Ea quæ sunt nõ ꝑ seipsa peccata, nũc sunt bona, nũc mala, cũ causas. s. habuerĩt bonas, uel malas. Sicut uictũ præbere pauperi bonũ est, si fit causa misericordiæ, & cũ recta fide. Et cõcubitus cõiugalis, si ea fide fiat, ut gignantur regenerandi. Hæc rursus mala sunt, si iactantię causa pascitur paup, & si ex lasciuia cũ uxore cõcumbit. Aug. li. ꝓtra mendaciũ.

¶ Nõ tm quare, sed etiã quid fiat attendendũ est.

¶ Cũ uero opera ipsa per se peccata sunt, ut furta, stupra, blasphemiæ. Quis dicat causis bonis faciẽda esse, uel peccata non esse, quasi furtum fiat diuiti, ut ex eo detur pauperi, uel falsum testimoniũ feratur, ut innocens libereť? Quod eũ facinus nõ recte posit fieri, si semel consenserimus in malis actibus, nõ quid fiat, sed quare fiat esse quærendum, ut quæcunq; pro bonis fiant causis, nec ipsa mala esse iudicentur.

¶ DISTinctio. xli.

¶ In magistro dist. 40. & 41.

An ex fine oés actꝰ pẽsari debeãt, utsimpl̃r boni uel mali dicantur.

HIs ergo exceptis quæ per se mala sunt, alia gñaliter ex fine iudicanť. De quibus dicit Ambro. Affectus tuus finem operi imponit tuo. Et Augustinus. Nemo cõputet opera sua bona ante finem, quia ubi fides nõ est, bonũ opus nõ est. Bonũ enim opus intentio facit, intentionẽ uero fides dirigit. Nõ ualde attendas quid homo faciat, sed quid cũ facit intendat. Super ps. 31.

¶ Augustini argumẽto opponit duplici.

¶ Sane uidetur Augustinus sibi contrarius, qui alibi dicit. Bonũ aliquando nõ bene fieri ait, Nemo inuitus bene facit, etiã si bonũ est qd̃ facit. Ad quod distingue multiplicem huius nominis, bonũ, acceptionem. Super Ioan. Rñdet.

¶ Bonum est multipliciter dictum.

¶ Dicitur eũ bonum conditione, ut quæcunq; facit deus. Et licito, quæcunq; mandat uel consulit. Et signo, ut ueteris testamẽti sacramenta. Et utili, ꝙ cuilibet quocunq; modo prodest. Et fine ut quod ꝑ uita æterna sit habenda, qd̃ ꝓprie & uere dicit bonũ. Hoc ergo uocabulo sic distincto, agit nõnunq̃ quis aliquid, quod recte negatur bo/

num, uno prædictorꝫ generũ, rectecꝫ affirmatur alio. Vt si quis offerat sacrificiũ causa quæstus, quod agit, bonũ est licito, Nõ est autem bonũ Fine, Lege scilicet generũ est bonũ, nõ priuilegio singulorꝫ.

¶ Hic ponit Sancti Augustini dicta quædã bono mõ interprætata.

Aug. lib. de uera relig.

¶ Quod autẽ frequẽter dicit. Omne peccatũ uoluntariũ est, & quod nõ nisi uoluntate peccat. De mortali & actuali dicit. Quod ideo uerũ est. Quia nullũ tale peccatũ absq; uoluntate fit, uel peccati ipsius, uel saltem eius, quod est peccatum.

¶ DISTinctio.xlii.

¶ Q2 uoluntas & eius opus idem est.

EST autẽ uoluntas (ut Aug. ait in libro de libero arbi.) prima causa peccandi, quæ uolũtas cũ opere suo, idem peccatũ est. Quia unus contẽptus in utroq; est. Minor quidẽ cũ in uolũtate solũ peccatur. Maior uero cũ uolũtati etiã opus additur. Ipsa tamẽ diuersa sunt. Sicut unũ mandatũ est, diligere deum, & proximũ, Ipsa uero diuersa sunt. Sicut etiã unũ sacramentũ sunt sanguis & caro, ipsa tã diuersa sunt. Et unũ uerbũ sunt amo & amas, licet duæ personæ sint. Peccatũ autẽ admissũ, si actuale est, transit actu, & remanet reatu. i. pœnæ obligatione. Originale uero dimissũ transit reatu, & remanet actu

¶ Differentiã ponit inter peccatũ & delictum.

Aug. in q̃sti. Leuitici.

¶ Dicitur autẽ peccatũ proprie (ut Aug. ait) perpetratio mali, delictum uero desertio boni, quasi derelictio. Indifferenter tã pro se inuicem ponunt.

¶ De septẽ principalibus uiciis.

Sup Exod.

¶ Nota etiã septẽ uicia principalia esse (ut Greg. ait) scilicet Inanẽ gloriã, irã, inuidiam, tristiciã, anariciã, castrimargiã, luxuriã. Quæ (ut ait Crhisost.) significata sunt, in septẽ populis, terrã promissiõis tenentibus, quæ capitalia uel principalia dicunt. Eo q̃ ex ipsis oĩa mala proueniũt, nõ utiq; in omnibus, sed in singulis. Ex supbia tã omnia mala dicuntur oriri, unde. Initiũ omnis peccati superbia, q̃ est amor propriæ excellentiẽ. Similiter & ex cupiditate. Vnde Apostolus. Radix omniũ malorꝫ est cupiditas. Quæ sibi aduersa uident, nisi intelligas, q̃ prædicta uniuersitas nõ colligit singula peccata in oĩbus, sed singula peccata uel diuersa in singulis. Sunt em̃ nõnulli qui ex cupiditate fiunt superbi, & aliqui ex superbia fiunt cupidi, per quod patet, q̃ aliquãdo superbia ex cupiditate, aliqñ cupiditas ex supbia nascit.

Eccle. 10.
1. Thim. ult.
Supbia oĩs peccati initiũ similiter Cupiditas.

¶ DISTinctio.xliii.

¶ De peccato in spiritum sanctum.

Lucæ. 12.

EST præterea quoddã peccatũ cæteris damnabilius, scilicet peccare in spiritũ sanctum. Quod (ut ueritas dicit.) neq; hic

remittet, neq; in futuro. Hoc aut peccatū cōmittit aliquis. Cū post agnitionē dei per gratiā Christi, oppugnat fraternitatē, inuidiæ facibus agitatus, si tñ in hac scelerata peruersitate finierit hanc uitā. Cor em impœnitens q̄diu quisq; hic uiuit, iudicari nō potest. Hoc autem peccatum ut quidā dicūt obstinatio est, uel desperatio. Est aut obstinatio. Pertinatia mentis induratæ in malicia, per quā fit homo inpœnitens. Desperatio est. Qua quis penitus diffidit de bonitate dei, putans suā maliciā diuinam bonitatē excedere. Sicut Cain. Quod peccatum dicit nō remitti, nō quia nō sit ignoscendū peccāti, si pœniteat. Sed quia tanta labes est illius peccati, ut depræcandi humilitatē subire non possit. Ideo recte Ioan. dicit. Est peccatū ad mortē, quasi perduratū, nō pro eo dico, ut quis oret. Quia qui sic peccat, nullis orationibus hic uel in futuro iuuari potest. Qd autem dicitur. Est peccatū in patrem, & filium, & spiritum sanctum, nō sic accipit, quasi triū personarū offensa diuidat. Sed ibi tria genera peccatorū ostendunt, non tñ omniū distinguuntur, sed duo remissibiliū & unū irremissibiliū ē. Peccare em in patrē cui attribuitur potentia, est peccare per infirmitatē. Peccare aut in filiū cui attribuitur sapiētia, est peccare per ignorantiā, & hæc duo remissibilia sunt. Tertiū autē quod irremissibile est, expositum est.

Aug. de sermōe domini in mōte.

Obstinatio quid sit.

Desperatio quid.

Ge .4. Quid sit peccatum hoc nō remitti.

Ioā. in. 1. Cano. c. 5.

Peccare in patrem.

Peccare in filium.

Peccare in spiritū sa.

¶ De uenialibus peccatis.

¶ Sunt autē & uenialia peccata. s. Leuia, quæ tm pœnā temporalē merentur. Hæc autē per ignorantiā uel obliuionē, uel surreptionē, uel necessitatē, uel fragilitatē carnis, uel inuiti uel uolentes cottidie cōmittimus. De his dicit. Iustus septies cadet. i. frequenter peccabit. De leuibus em peccatis hoc ait Salomō, sine quibus hæc uita nō ducitur. Quæ propter nimiā charitatē statim cōmissa dimittunt. Vñ ibidē subditur, & resurget. In minus aut perfectis, leui pœnitētia opus est. Sufficit em dominica oratio, & mutua cōfessio, alioquin post mortē grauant, sed dimittunt si bonis actibus in uita promeruit homo ut ibi dimittant.

Prouer. 24.

Quid deleat uenialia peccata.

¶ DISTinctio. xliiii.

¶ Qd potentia peccādi a deo sit.

DEniq; sciendū est, q̄ sicut memoria, & intelligentia mali, a deo est. Ita quoq; potētia mali. Vnde Aug. Nocendi uoluntas pōt esse ab hominis animo, potestas aut non nisi a deo. Ideoq; diabolus anteq̄ quicq̄ tolleret a Iob ait. Mitte manū. i. da potestatē, Quæ omnis (ut Apostolus ait) a deo est, cui qui resistit, dei ordinationi resistit.

Aug. super psal. 85.

Iob. 2.

Roma. 13.

¶ An aliquando resistendū sit potestati.

¶ Ne aut per hoc uideatur diabolo uel alicui tyranno resistendū nō esse, sciendū. Quia tūc resistere nō debemus, cū potestate nō abutunt.

Rom. 13. Vnde & ibidem dicit, dei ordinationi resistit. Vir em iustus si sub rege sacrilego militet, recte illi obedit, si quod iubetur non esset contra præceptum dei, certũ est, uel utrũ sit certũ nõ est, q̃ si potestate quis abutitur. s. cõtra dei iussum, tunc ei parendũ nõ est. Quod Augu. per gradus hũanarum rerũ probat. Non em parendũ est procuratori, si contra proconsulẽ iubet, nec ei si cõtra principẽ, nec etiã prĩcipi si cõtra deũ. Nullus aũt peccat, quia potestatẽ habet / sed quia potestate abutitur.

In lib. de natura boni.

Magistri Bandini sententiarum Liber Tertius.

¶ DISTinctio Prima.

¶ De incarnatione uerbi.

Apo. Phil. 2. SVperius de hominis lapsu dictũ est. Nũc de eius restauratione uideamus. Cũ uenit ergo plenitudo temporis / missus est filius dei in mundum. i. in forma hominis, mũdo uisibiliter apparuit.

¶ Quare filius carnẽ assumpsit, nõ pater uel spũs.

¶ Nõ autem missus est pater, uel spiritus sanctus, sed filius tantũ, ut esset filius hominis, nõ filii, ne filii nomẽ ad alterũ transiret, & ita essent duo in trinitate filii. Missus est ergo filius per assumptionẽ carnis, quã tota trinitas operata est, nõ tñ pater uel spũs sanctus carnem assumpsit, sicut tota trinitas descendit, in specie columbæ sup Iesum, & uocem illã, Hic est filius meus dilectus, & cætera, operata est, solus tamẽ pater illud dixit, & solus spiritus sanctus sup Iesum descendit.

Math. 3.

¶ DISTinctio Secunda.

¶ Quare totã humanã naturã accepit, & quid per eã intelligatur.

ASsumpsit ergo filius humanitatẽ. Quo nomĩe, animã & carnem intelligo. (ut Hieronymus ait) Confitemur in Christo duas integras substantias. i. deitatis & humanitatis, q̃ ex aĩa & corpore continet. Hãc ergo totã cũ suis ꝓprietatibus assumpsit. Vnde Ioan. Damascenus. Oĩa quæ in nostra natura plantauit deus, dei uerbum assũpsit. s. corpus & animã intellectualẽ, & eorũ idiomata. i. proprietates. Totũ em totus me assumpsit, ut toti mihi gratificet salutẽ. Quod em inassumptibile est, ipsum incurabile est.

Hiero. in expositiõe fidei catholicæ.

Ioan. Damacenus.

¶ Q̃ uerbũ simul assumpserit carnẽ & animam.

¶ Porro in ipso conceptionis momẽto carnẽ & animã, ut statim perfectus esset homo suscepit. Vnde Grego. Angelo annunciante, &

In moralib. 9

spũ sctõ

spiritu sancto adueniẽte, mox in utero uerbũ caro factũ est. Et Ioan. Damascenus ait. Verbi dei caro animata rationali, & intellectuali simul. Nec repugnat, quod Augustinus ait, super locũ illum, Quadraginta & sex annis edificatũ est hoc templũ. Hic (inquit) numerus perfectioni dominici corporis cõuenit. Nõ em̃ ita dixit hoc, q̃si post tot dies a simili alio ꝛ conceptuũ, animata fuit caro concepta, sed cũ ab ipso initio animata fuisset (ut dictum est) intra tot dies notabiliter per mẽbra distincta est.

Io. Damasc.

Aug. in epi. ad Hierony. Ioan. 2.

¶ DISTinctio Tertia.

¶ De carne quã uerbum asumpsit, qualis ante fuerit, & qualis asũpta est.

CHristi autem caro nõ fuit peccatrix in Christo. i. alicui peccato obligata, quia ex carnis delectatiõe nata non est, nec postea peccauit.

¶ Secundũ cõmune ꝓpagationẽ fuisset peccatrix in matre, sed a spiritu san. fuit singulari gratia præuenta.

¶ Fuit uero peccatrix in matre, sed superueniẽte spiritu sancto tota mundata est. Quinimo (ut ait Augu.) ipsi matri extũc collatũ est, sic deuincere peccatũ, ut ei soli inter omnes sanctos nõ conueniat illud. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus. Fuit autẽ caro Christi peccatrici similis, quia esuriit, sitiit, & cæteris defectibus subiecta fuit.

Li. de natura & gratia.

1. Ioan. 1.

¶ DISTinctio quarta.

¶ Quare incarnationis opus attribuitur spiritui sancto.

OPus incarnationis tũ, specialiter spiritui sancto attribuitur, Vt in symbolo. Et incarnatus est de spiritu sancto. Et in euãgelio. Inuenta est in utero habẽs de spũ sancto. Qd̃ nõ ideo fit, quasi spũs sanctus fuerit uirgini pro semine, sed quia per operationẽ spiritus sancti de carne uirginis sumptũ est, qd̃ uerbo est unitũ. Qd̃ em̃ ex aliquo est, aut ex substantia eius est, ut filius, aut ex potestate, sicut ex deo sunt omnia, quo modo auctor incarnationis dicit̃ spiritus sanctus. Sed & cũ hoc patri etiam conueniat, spiritui tamẽ qui benignitas dicitur/attribuitur ideo. Quia eximiæ benignitatis opus existit.

Math. 1.

Aug. in En.

Ambro. i ex positiõe fidei catholicæ lib. 3.

¶ Quo sensu dicatur. Christus cõceptus & natus de spiritu san.

¶ Nec etiã iure inferẽ, ꝙ filius sit spiritus sancti, quia ex eo natus est. Nec em̃ omne quod de aliquo nascit̃, filius eius est, ut Christian⁹ ex aqua. Nec quicquid filius alicuius est, ex ipso nascitur, ut adoptionis filius.

¶ Distinctio quinta.

¶ Quid asumpsit, & quid asumptũ fuerit.

Q; psona natura asumpsit pbat.

Deniq; sciendũ, ꝙ persona & natura asumpsit naturã, persona uero nec personã, nec natura personã asumpsit. Ait em Aug. de fide ad Petrũ. Vnigenitus deus in unitatẽ personæ humanã naturã suscepit. Item. Vnigenitus dei filius susceptione carnis & animæ rationalis incarnatus est. Ecce ꝙ persona naturam asũpsit. De fid. ad Pe.

¶ Q; natura naturã asumpsit.

Aug. li. de fide ad Petrũ

Aug. in li. 1. de trinitate

Hilarius. 12. de trinitate

¶ Qd autem natura naturã asumpserit, sic ait Augusti. Illa natura quę semp genita manet ex patre natura naturã sine peccato suscepit. Item unigenitus filius patris, in forma serui & dei, idem ipse est, quia forma dei formã serui accœpit, Forma aũt natura est. Ait em Hilarius Esse in forma dei, nõ alia intelligẽtia est, q̃ in dei manere natura. Ecce ꝙ natura asumpsit naturam. ¶ Contra obiecta respondet.

Cõciliũ Toletanũ uidetur cõtrariũ dicere, tamẽ magister cõcorditer ælucidat.

¶ Quod si alibi dicit formã serui a solo filio esse suscęptã. Sciendũ est, ꝙ ibi nõ natura, sed alia persona excluditur. Cæterũ in cõcilio Toletano uidetur reperire contrariũ. Ait em, Solus filius accœpit hominẽ in singularitatẽ personæ, nõ in unitatẽ naturæ diuinæ. Sed hoc q̃liter intelligatur subinde in eodẽ exponitur sic. i. quod est propriũ filii, nõ quod est cõmune trinitati, hoc est, ꝓpria persona filii hominẽ suscępit, nõ cõmuniter tres personæ. Quod alicui poterat uideri, ꝙ supra dixerat, totã trinitatẽ formationem suscœpti hominis fecisse. Natura ergo diuina carnẽ suscœpit, unde & incarnata dicit. Ait enim Ioan. Damascenus. Deitatem dicimus unitã carni, & unam naturam dei uerbi incarnatam cõfitemur.

Ioã. Dama.

¶ Q; natura dei nõ dicatur esse facta caro.

¶ Nõ tamẽ dicitur ꝙ natura diuina facta est caro, sicut uerbum, quia nec auctoritas hoc habet, nec locutionis usus hoc admittit. Ideo forsan ne conuertibilitas naturæ in naturã per hoc signaretur.

¶ Quod persona nõ fuit asumpta.

¶ Persona autem nunq̃ asumpta fuit, quia non erat ex carne illa & anima ulla persona cõiuncta, quã uerbũ acciperet. Deniq; nec iure dicitur, ꝙ persona sit asumpta, quia anima asumpta est. Anima enim non est indiuiduæ naturæ, uel persona/quamdiu alii rei unita est personaliter. Sed tm quando per se est. Vnde & persona dicitur, quasi ꝓ se sonans. Si autem alicubi dicitur, homo Christus Iesus, uel ille homo a uerbo dei esse asumptus, uelut in Psal. dicitur. Beatus quẽ elegisti & asumpsisti, ita determina, hoc de natura uerum est hominis, de persona autem falsum.

Psal. 64. a.

¶ DISTinctio Sexta.

¶ Quid dicatur his propositionibus, deus est homo.

VT autem facilius cognoscatur, quid istis propositionibus dicitur. Deus est homo, & homo est deus, & similibus, breuiter prædicendũ est. Qd' ex illis duobus, quæ filius dei suscepit. s. anima & carne, nulla persona hominis composita est. Tunc em̃ demũ ex duobus his persona cõponitur, cũ principaliter in eo qd persona nõ est, cõueniũt. Vt in cæteris homibus a Christo contingit. Quod si in ea, quæ iam persona est, ut in Christo fuit/cõueniũt, personam nõ utiq; faciunt, sed tãtum habentur ab ea. Velut paries tectum & fundamentũ, si factæ iam domui adhibeant', nõ domum faciũt, sed ab ea cui addita sunt habentur tantũ. Sicut etiã baptismus, baptisatum nõ mundat, & consecratio/ordinatio/dedicatio, ea q̃ iã illis participant, secundo nõ augent. i. nihil conferũt uel autumãt, sed tantũ adhibentur. Sic igitur anima & caro adhibita sunt filio dei, uelut indumentũ membris. Est em̃ filius dei factus homo, nõ ita essentialiter & uere factus homo, ut tu qui es ipsa cõposita essentia animæ tuæ & corporis, sed essentialiter & uere factus est homo scdm habitũ. Vn/ Aug. Deus filius pro nobis factus est uerus homo, quia ueram habet humanã naturã. Hoc autẽ tractat Aug. super locũ illũ. Habitu inuẽtus est ut homo. De fide ad Petrum. Phil. 2. a.

¶ Quatuor species habitus.

¶ Dicit em̃ quatuor modis aliqua accedere ad aliqd, ut habeant' ab eo. Accedit em̃ alicui aliqd, Vel ita q̃ mutat nec mutat', ut sapĩa stulto. Vel ita q̃ mutat & mutat', ut cibus stomacho. Vel ita, q̃ nec mutat nec mutat', ut annulus digito. Vel ita q̃ nõ mutat, sed mutatur, ut uestis corpori, quod genus congruit huic comparationi. Deus em̃ filius semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, nõ suã mutans, & sic in similitudinẽ hominis factus est, uerũ hominẽ suscipiendo, & habitu inuentus est ut homo. i. habendo hominẽ inuẽtus est ut homo. Sic autem dicit, ut homo, non homo. Sicut caro illa dicitur nõ peccati, sed similis carni peccatrici. Cũ ergo dicit' deus est homo, habitus prędicatur, ut sit sensus. Deus habet hominẽ, uel est habẽs hominẽ. Vel etiã persona humanata prædicat'. Quod Cassiodorus innuit dicens. Factus est filius dei (ut ita dixerim) humanatus deus. Cũ autem dicit' homo est deus, habitus subiicitur, & natura uel persona p̃dicatur, ut sit sensus, Homo est deus. i. habens hominẽ est deus. Si autẽ factus in propositione ponit', ut deus factus est homo, ita intellige. i. deus cœpit habere hominẽ, uel humanatus deus esse. Item homo factus est deus. i. tertia illa persona cœpit cũ homine esse deus.

Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Phil. 2. a. Roma. 8. a. Cassiodor⁹ in glosa ad Roma. 1. Locus iste ĩ magistro distin. 7. ponit'

Distinctio septima.

¶ De prædestinatione Christi.

Ad Rom.i.

SEcundum hoc igitur, facile est intelligere illud. Qui pdesti natus est/filius dei in uirtute. Filius em dei prædestinatus est.i.gratia ei pparatū est, nō ut sit filius dei, sed ut cū hoīe sit filius dei, ut ita gratia attribuatur secundum naturā psonæ. Velut si dicamus, Huic aduocato gratia fit, non ut coram iudice loquatur, sed ut sedens loquatur, ut gratia ei fiat, non fm locutionem, sed fm sessionē. Sic Christo gratia facta est, nō fm filiationē, sed fm hoc q cū hūanitate dicit filio. Sic & Aug. dicit. Nomē qd est sup omē nomē donatū est ei, fm formā serui.i.ut cū forma serui diceret unigenitus filius dei. Sic igitur persona illa dicitur prędestinata, Vel etiā natura eius humana prædestinata dicit, ut personaliter uerbo patris unire/tur, & tūc sic exponitur illud. Qui prædestinatus est.i.cuius natura p/destinata est. Similiter fm hoc intellige illud Aug. Tanta scilicet est unio utriusq naturæ, ut totū dicatur deus, totū homo.i. ut illa pso/na cū hoc toto, diuinitate scilicet, anima, & carne, eorūq proprieta/tibus sit deus & homo.

¶ DIS Tinctio.viii.in mgro est.x.

¶ Q: Christus nō est aliquid, fm q homo.

An diuīa natura debeat dici nata de uirgine.

Aug. li.1.cō tra Maximi.

Origenes sup epist. ad Rom.

Aug. ad Felicianum.

SCiendum est autem, qd filius dei, ex eo quod hominē susce/pit, nō est factus aliquid.i.psona uel natura, quia nec quater/nitas in trinitate est, nec duæ naturæ Christus est, cū tū scri/ptū sit. In duabus & ex duabus naturis uel substātiis subsistit Christo, nō dicit q duæ sit, sed factus est alicuius naturæ, cuius nō erat prius. Secūdū qd debet intelligi illud Origenis. Factus est sine dubio illud quod prius nō erat.i.eius naturæ. Itē illud. Alius est dei filius, alius ē hominis filius.i.alterius & alterius naturæ, fm q de deo uel de hoīe natus est. Sic omnia quæ in hūc modū dicunt intellige. Nō igitur fi/lius est aliquid secundū q homo, nisi fm unitatē psonæ noteē. Hæc em dictio, fm hoc in sacramēto aliquādo personā notat, ut fm q ho/mo.i.is qui homo est dedit dona homibus. Aliqñ uero naturā, ut fm q homo passus est.i.humanitas ipsa. Aliquando uero notat statum uel habitū, ut fm qd homo prædestinatus est, uel donatū est ei nomē sicut pdictū est.

Mltiplex de notatio huius dictionis fm quid

¶ Distinctio Nona.

¶ De adoratione humanitatis Christi.

Ioā. Damas.

Aug. ex sermōe dñi Nō turbet.&c.

CVM aūt humanitas in unā personā sit assūpta a uerbo dei, simul adorāda est cū uerbo. Vnde Ioan. Damascen. Christū adoramus cū patre & spiritu una adoratione cū incōtamina ta carne eius. Et Aug. Ideo humanitatē in Christo adoro, quia deita/ti unita est. Deniq si hominē a deo separaueris, illi nunq credo, nec

seruio. Velut si quis purpurā uel diadema regale sine rege inueniat, nō adorat. Cū rege aūt adorat.

¶ Distinctio. x. apud Pet. Long. in octaua cōtinetur. ¶ Distin. xi.

Vtrū Christus sit creatura uel factus.

LIcet autē homo sit Christus, nō tñ simpliciter dici debet creatura/uel factus. Nō em̄ est ille factus (ut Aug. ait) per quē facta sunt omnia, nec creatura est, quia per hoc sequereť, qd' nō esset deus. Deum em̄ & creaturā immediate esse circa substantiā innuit Aug. dicens. Omnis substātia quæ deus nō est, creatura est, & q̄ creatura nō est, deus est. Itē. Si uerbū creatura nō est, eiusdē cū patre substantiæ est. Ex eodē iuste infertur. Si creatura est, deus non est, & si deus est, creatura nō est, & si eiusdem substātiæ cū patre est, creatura nō est. Non ergo simpliciter dicimus, ꝙ factus sit, sed ꝓm quid, id est secundū hominē. Vnde Ambro. Factū ex muliere (dixit Apostolus) filiū dei, ut factura nō diuinitati, sed asumptioni corporis ascribať. Distinctione em̄ opus esse, cū de Christo loquitur, ait Aug. ita. Cum de Christo loquimur quid, & ꝓm quid, & de quo & propter quid dicatur, diligens & pius lector intelligat, hoc itaq; attendens dicit Christus ꝓm ꝙ deus, semp fuit, secundū uero ꝙ homo esse incœpit.

Aug. 1. li. de trini.
Aug. li. 1. de trini. ca. 6.
Ambro. lib. 1. de trinit.
Galat. 4.
Aug. li. 1. de trinitate.

¶ Distinctio. xii.

¶ Si Christus peccare potuit.

QVæritur autem si Christus peccare potuit. Quod uidetur ideo, Quia posse peccare (ut supra probauimus) bonū naturæ nostrę est, quā totā p̄ter peccatū suscœpit, ut totam curaret. Sed si hoc est, uidetur ꝙ potuit non esse deus, quia esse deum, & posse peccare, nō conueniūt. Ad quod dicimus secundū p̄dictam distinctionē. Quia potuit peccare Christus secūdū qd' homo, nec hoc simpliciter dicimus, sed adiicimus naturaliter. Sic em̄ ab ipsa conceptione homo asūptus, gratia (quā ad mensurā nō accœpit) cōfirmatus est, ut peccare nō posset. Naturaliter tñ posset.

Ioan. 3. d.

¶ Vtrū angelus peccare possit.

¶ Quod etiā de angelo, qui minorē gratiā confirmationis accœpit dicimus, ut simpliciter peccare nō possit. Naturaliter autem possit. Multo ergo minus dominus angelorꝫ peccare potuit, q in ipso utero perfectus uir extitit, nō solū ꝓpter animā & carnē, sed etiā ꝓpter sapientiā & gratiā. ¶ Distinctio. xiii.

¶ Qualiter Christus sapientia profecit.

Ad hoc autem contrarium uidetur, quod in euangelio legiť. Iesus (inquit) proficiebat ætate & sapientia, & gratia apud

Lucæ. 2. g.

deum & homines. Sed scdm prædicta, etiã hoc ĩtelligimus. Dicit em̃ Greg. luxta hominis naturã proficiebat ætate, de infantia in iuuentutem, luxta eandẽ etiã proficiebat & sapientia & gratia. Nõ q̃ sapientior esset, uel magis gratia plenus per accessum tẽporis, sed qa eandem qua plenus erat a prima cõceptionis hora, paulatim plenius ex tẽpore cæteris demonstrabat. Proficiebat ergo. i. proficere faciebat, sicut magister in discipulis suis proficere dicit. Quod aũt Ambro. dicit. sensu hominis profecit, sicut sensu homĩs esuriuit. Intelligendũ est, ita dictum esse. Vt quantũ ad uisum hominum, humanus Christi sensus pfecisse dicat. Secundũ hoc etiã, patrem & matrẽ dicit in infantia a ppheta ignorasse, Quia sic habebat se tũc & gerebat, quasi esset expers cognitiõis. ¶ Distin. xiiii.

In quadam homilia.

Amb. lib. 3. de spũ sctõ.

Esaiæ. 8. a.

¶ Q̃ anima Christi sciat omnia quæ deus.

AD hoc sciendũ est, Animã Christi omniũ rerũ habere scientiã, quas Christus scit. Quia spũs sciẽtiæ nõ est datꝰ ei ad mẽsurã. Si em̃ quædã sciret, quædã nõ, nõ sine mẽsura scientiã haberet. Hoc aũt Fulgẽtius probat, auctoritate illa. In quo sunt oẽs thesauri sapiæ & scĩę absconditi. Ratione cõstat, quia nihil scit aliqs quod eius anima ignoret. ¶ Obiicit in cõtrarium.

Ioan. 3. d.

Fulgẽtiꝰ in quodã ser. Collos. 2. a.

¶ Sed contrariũ uidet, quod dicit. In nullo creatura ęquat creatori. Et ppheta. Mirabilis facta est sciẽtia tua. Quod exponẽs Cassiodorus dicit. Homo assũptus, diuinæ substãtiæ nõ põt æquari in scientia uel in alio. Sed intelligendũ est, per oĩa, uel pfecte. Licet em̃ oĩa sciat anima Christi, quæ deus. Nõ tamẽ omnia, ita clare ac perspicue capit sicut ipse. Vel in nullo creatura creatori coæquat. i. Nihil est qd̃ creatori creaturã adæq̃t. Sed nec illud cõtrariũ est. Nemo em̃ nouit quæ sunt dei, nisi spũs dei, qui solus scrutatur oĩa, scilicet per se, qa & aliis scrutari dat, Vnde & ibidẽ subdit. Nos aũt spiritũ dei habemus. Quasi diceret, per quẽ profunda dei scimus. Multo magis ergo anĩa illa omnia profunda sciuit, quæ præ omnibus spũm dei habuit.

Psal. 138. a.

Cassiodorꝰ

Rñdet mgr

Iterũ obiicit Et soluit.

1. Corit. 2. c.

¶ Qd̃ Christus nõ habuit omnẽ potentiã dei

¶ Nõ aũt habuit potentiã omnẽ, ne per hoc omnipotens esset, & ita deus putaret. Sed uidetur contrariũ. Quod super illũ locũ. Hic erit magnus & filius altissimi uocabit. Ambro. dicit. Non ideo dixit erit magnus, q̃ ante magnus nõ fuerit, sed quia potentiã quã filiꝰ dei naturaliter habet, homo erat ex tẽpore accœpturus. Qd̃ cũ dici de psona nõ uideat, nec caro posset accipere. Restat de anima intellige re. Sed de persona tm̃ dixit, quæ potentiã quã ab æterno habuit, cum homine p gratiã habere cępit, sicut supra de prædestinatiõe diximus.

Lucæ. 1. c.

Ambrosius.

¶ DISTinctio. XV.

¶ Quod defectus nostros Christus suscœpit.

ILlud quoq; addimus, q̃ nostros defectus suscœpit, Velut esuriem/sitim/tristiciam. & timorem, cætero sq; gñales, quoq; nullus peccatum fuit. Quod propter fomitē dicimus. Nō tñ omnes suscœpit (ut ait Leo papa) sed eos tantum, quos pro nobis sumere oportuit/nec dedecuit. Nō em̃ sūpsit ignorantiā inuincibilē, & difficultatē ad bonum, quā (ut Aug. ait) omnis homo patit̃ ab exordio suæ natiuitatis. Hęc etiā ideo non accœpit, quia contraria sūt ei, q̃ de primo statu hominis habuit. Lib. 3. de libero arbit.

¶ An in Christo fuerit necessitas patiendi & moriēdi, ex Distinctione. xvi. & quatuor statibus hominum.

QVatuor em̃ status homīs sunt, de qbus singulis Christus aliqd accępit. Primꝰ aū peccatū de quo īmunitatē peccati accœpit. Secundus post peccatū ante gratiā, de quo pœnā. Tertius qui fuit sub gratia, gratiæ plenitudinē. De quarto qui erit in gloria, nō posse peccare accępit. Hos autē defectus sicut ipsam carnē ac mortē non conditionis necessitate. i. nō ex uiciosa lege nascendi, quæ est necessitas nostræ cōditionis, sed miserationis uoluntate suscœpit. Secundū hoc ergo intellige, qd̃ Aug. ait. Non uere timebat dominus pati, quia non ueram causam timoris habuit. Vnde Hilarius. Habuit Christus ad patiendū corpus, sed nō naturā ad dolendū, uel nō uere timuit. i. nō ita, ut timor animo suo dominaret̃, dimouens eū a rectitudine. Fuit em̃ timor in eo propassio nō passio, (ut ait Hierony.) Vere timuit. i. uero timore, nō ficto. Quatuor homīnū status de quibꝰ singulis Christus aliquid accœpit. Aug. sup illud psal. Clamabo & nō exaudies. ps 21. a. Hilariꝰ Hier. super Matheum.

¶ Christus necessitatē moriendi habuit.

¶ Habuit etiā necessitatē moriendi. Vt em̃ statutū est homībus semel mori, ita etiā Christꝰ eadē necessitate & iure naturæ semel oblatus est.

¶ DISTinctio. XVII.

¶ Q̃ duæ uoluntates sunt in Christo.

QAeterū sciendum est, q̃ Christus, sicut duas habuit naturas, ita & duas uolūtates. Vnde Aug. Christus in passione duas expressit in se uoluntates, sc̃dm duas naturas. Ait em̃. Pater si fieri pōt transeat a me calix iste. Ecce. Volūtas hominis. Quā ad diuinā mox dirigens/ait. Verūtamē nō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Petiit ergo trāsitū calicis, sed nō obtinuit. Cui uidetur cōtrariū illud in Psal. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Aug. super psal. 33. Math. 26. d. Psal. 19.

¶ Voluntas hominis est duplex.

¶ Sed uoluntas hominis Christi distinguenda est, Secundū affectū

sensualitatis, quo uoluit nō mori. Et fm affectum rationis, quo omnino uoluit mori. Secundū quē loquitur spiritu suo. Nec cōcupiuit ī hoc caro Christi aduersus spūm, Quia fm uoluntatē dei & spūs sui, hoc petiit, nō quidē, ut quod petebat obtineret, sed ut ueritatē hūanitatis suæ exprimeret. Et etiā illud petiit, ut mēbris suis in tribulatione positis, formā ad deum clamandi, & diuinæ uoluntati propriā subiiciendi daret. Vtrumq; ergo quod uoluit bonū fuit, sed illud melius qd effectui mancipauit.

¶ Hilarii sententiā a superioribus longe diuersam adducit.

Hilarius li. 10. de trini. ¶ Hilarius autem intelligit per calicem, mortis terrorē cui omnis caro, præter eam quę Christi est, subdita erat, necessitate cōditionis. qui post mortem Christi demū per uirtutū gloriā tollendus erat. Ad hoc respiciens, dicit, Christū nō sibi, sed suis orasse & timuisse. Ipse enim (ut supra probatū est) nō sicut cæteri timuerūt timuit. Inde igitur est, qd nō dixit. Tristis est anima mea propter mortē, sed usq; ad mortem, postq̄ apostolicæ infirmitatis scandala desitura uidebat.

Math. 26. d.

¶ Distinctio. XVIII.

¶ Quid meruit Christus sibi.

Sup illa uerba. Christus factus est p nobis obediens. Phili. 2. a.

POst quā mortem etiā, & per quam, claritatē & impassibilitatem sibi meruit. Vnde Aug. Vt Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione, humilitas claritatis est meritum. Claritas humilitatis est præmiū. Claritatē autē dicit manifestationē donati nominis, Quod est super omne nomē. Nec em̄ tunc primū & illud nomē donabatur. Tunc tñ ei donatum esse dicit, illo utiq; tropo, quo dicitur res fieri quando innotescit quia facta sit. Impassibilitatem quoq; animæ & carnis per eandem mortē meruit, quā tunc nihilominus, ex quo homo fuit, per charitatē & cæteras uirtutes meruerat. Non em̄ habuit Christus, quo posset proficere fm aiæ meritū. i. fm uirtutē meriti. Licet quantū ad numerū meritorū corporis. i. operū pfecisset. ¶ An Christus post mortem fuerit beatior.

Phil. 2.

¶ Si autē quæritur, Vtrū anima eius fuerit post mortē beatior q̄ añ. Dicimus q̄ beatior fuit, quantū ad miseriæ immunitatē, nō quantū ad dei contemplationē.

¶ Distinctio xix.

¶ Quid Christus meruit nobis.

Obiectio. QVod si precedentia merita ad hæc sufficiebant, ad quid ergo uoluit mori? Pro te scilicet, nō pro se, ut te in humilitate instrueret, & sic in paradisum induceret, Meruit em̄ nobis per mortem aditum paradisi, quē per præcedētia sibi meru-

Rñsio.

erat

erat. Et redemptionē a peccato, & pœna & diabolo. Nam cū per hostiam reconciliaturus esset sibi deus mundū, nulla alia recōciliare suffecit, cū omnes peccassent. Decreuerat autem deus (ut ait Ambro.) neminē in paradisum. i. ad dei contemplationē admitti, nec alicuius hominis humilitas tm̄ posset proficere, quantum primi hominis potuit nocere superbia. Talis ergo nemo inuentus est, nisi leo de tribu Iuda, qui moriens liberauit nos a peccato & diabolo. Dum per eam mortem Charitas excitatur in cordibus nostris. Attendentes em̄ in eum quasi in serpentem æneū, & uidentes quanta charitate nos dilexerit, ut pro nobis scilicet moreret, monemur accendimurq; ad diligendum eū, qui pro nobis tāta fecit, & sic soluti a peccato & diabolo iustificamur. Deniq; peccata nostra portās super lignū. i. pœnā peccatorū, redemit nos a pœna æterna, relaxando quidē debitū, a tēporali etiam spe, nō adhuc re, a qua nos penitus liberabit, qn̄ nouissima destruetur mors. Et ita redemptor noster factus est, quod proprie Christus dicitur, exhibitione humilitatis. Cōmuniter uero tota trinitas dicitur redemptor, effectu potestatis. ¶ Christus solus mediator est.

Ambro. sup epi. ad Heb.

Roma. 5.

Num. 21.

¶ Solus tm̄ Christus mediator est inter mortales peccatores & immortalem iustum. Solus em̄ ipse est deus homo mediator factus, fm̄ q̄ homo, in quo per infirmitatē appropinquat nobis, deo uero per iusticiā. Sane fm̄ qd̄ uerbum est, nō est medius, sed unus cū patre deo.

1. Thim. 2. b

Aug. in quodā sermone

¶ DISTinctio. XX.

¶ Cur isto mō tm̄ uoluit liberare nos, cū & alio posset modo.

FVit sane, & alius modus nostræ liberationis deo possibilis, sed nullus nostræ miseriæ sanandæ cōuenientior.

¶ Ratio prima cur Christus illo modo nos liberauerit.

¶ Hic enim modus a morte desperationis nos maxime liberat, Et mentes nostras ad superna erigit, cū uidemus eum tanti nos fecisse, ut mala nostra ipse immutabiliter bonus, moriendo pferret. Et ideo quoq; quia sic iusticia superat diabolus, nō potentia. Potētia enim liberare potuit seruū suū, quē diabolus fraudulēter abduxit, & uiolenter tenuit, qd̄ tamē noluit, ne homo uiolenter sibi tolli uideret. Humiliatus aūt per mortem iuste hoc fecit. Est enim iustū, ut debitores quos tenebat liberi dimittant, credentes in eū, quē sine debito ullo occidit.

Secūda rō.

Tertia rō.

¶ Q; mors Christi & iudeorū & trinitatis opus fuit.

¶ Deniq; sciendū est. Mortē Christi opus fuisse trinitatis, & iudæ & diaboli, & iudeorū. Trinitatis/quia deo auctore. i. uolēte facta est. Iudæ/quia prodidit. Iudeorū & diaboli, quia suggesserunt, & sic res una. i. mors Christi ab omnibus istis peracta est, facta uero diuersa fue

Rom. 8. f.

Math. 26. e.

runt, ex quibus ea res prouenit, scilicet patris traditio, filii spōtanea occursio, Iudæ proditio. Iudeorꝫ & diaboli suggestio. Iudei ergo bonum fecerunt quantū ad pactum. i. effectū, malū uero quantū ad actū.

Si Iudei operati sunt bonum.

¶ Distinctio. xxi.

¶ Quod uerbum ex quo fuit homo, nunq̄ desiit esse homo.

Firmiter autem tenendū est, q̄ uerbū (ut supra dictum est) uerus homo est, quia habet animā & carnē in unione personæ. Vniēs aūt hō est, quia duo illa coniuncta habet. Nunq̄ igitur desiit eē hō, ex quo fuit homo, quia nunq̄ desistit habere illa. Vñ Aug. Verbū ex quo suscepit hominē. i. carnē & animā, nūq̄ deposuit animā, ut esset a uerbo separata. De carne quoq̄ dicit. Sic & in sepulchro carnē suā cōmoriendo nō deseruit, sicut in utero uirginis cōnascēdo formauit. Nō ergo separata est diuinitas ab homine, sed hoc intellige quātum ad unionē personæ, nō quantū ad defensionē naturæ, ſm quā separata est. Vñ ait Amb. Clamat homo moriturus separatione diuinitatis. i. defensione. Separauit se diuinitas subtrahēdo potentiā, sicut hic intelligitur. Math. xxvi. Vt quid dereliquisti me? Sed nō solū unionē foris separauit a defensione, sed intus affuit ad unionē. Qd autē Athanasius sub Anathemate ait, totū hominē in resurrectiōe denuo assumptū. Intellige, nō quantū ad habendū, sed quātū ad iterū illa duo coniungendū, ut scilicet caro ex anima uiueret, quæ ꝓprie mortua est, in qua, nō in se, Christus mortuus esse dicit. Vñ Aug. Absit ut sic christus senserit mortē, ut quantū in se est uita, uitā perdiderit.

Aug. sup illud Ioan. x. Ego ponā aiam meam & iterum sumam eam.

Ambro. i ex po. xi. psal. Deus deus meus resp. i me, q̄re me dereli. &c.

Athanasio cōtra Felicianum.

¶ Qua ratione dicitur, passus deus.

¶ Sane quicquid passa est caro, nō pōt dici nō passum deū. Quomō non potes dicere te nō passum iniuriā, si uestis tua confundit, uel cōscinditur, q̄uis illa non sit tu. Multo magis ergo quicquid patit caro unita uerbo debet dici deus pati, licet uerbum, nec mori, nec pati potuerit, Per hoc ergo ait Amb. Idem moriebat & nō moriebat, resurgebat & nō resurgebat, resurgebat ſm carnē, nō resurgebat secundū uerbum.

Amb. lib. 3. de spū san.

¶ Distinctio. xxiii.

¶ De fide & spe, an Christus eas habuerit, ut charitatem.

Cum uero Christus plenus gratia fuit, Quæritur si fidem & spem habuit. Quod ut melius explicetur. Primū uideamus quid sit fides & spes. Est igitur fides, credere quod nō uides. Apostolus em̄ ait. Fides est substantia sperendarū rerū a nobis argumentū, uel conuictio nō apparentium. Per fidem em̄ subsistūt sperāda modo in nobis, & subsistent in futuro per experientiā.

An Christus in morte fuerit hō, hoc nō habet distinctio. zz.

Pria fidei descriptio est Aug. sup Ioannem.

Ad Heb. 11a

¶ Distinctio.xxiiii.quomodo intelligitur,quod scriptum est. Cum factum fuerit credatis,hic deest.

¶ Distinctio. xxv.

¶ De fide antiquorum.

DE quibus si dubitatur,probantur per fidem,hoc modo.Quia ita crediderunt patriarchæ,& alii sancti,proprie igitur est fides de nõ apparentibus. De apparentibus eñ non est fides, sed agnitio,Quæ fides una dicitur esse ab apostolo similitudine, nõ singularitate.Sicut idem uolentiũ dicitur una uoluntas,& duoꝝ similimoꝝ dicitur una facies.Igitur nostra & antiquoꝝ, una est fides. Modus aũt credendi diuersus.Vnde Aug.Eadẽ fides mediatoris quę nos saluat,saluos faciebat antiquos. Quia sicut credimus Christũ in carne uenisse,ita illi uenturũ,sicut nos mortuũ,ita illi moriturũ, sicut nos resurrexisse,ita illi resurrecturũ,& ad iudiciũ uenturũ.

Fides etiam est de rebus ꝑsentib⁹ sed improprie.

Aug. in lib. de nuptiis & gratia.

¶ De fide maiorum & simplicium.

¶ Hæc tñ distincte reuelata sunt maioribus.Simplicibus uero reuelata sunt in mysterio.Vñ Iob.Boues arabant,& asinæ pascebant iuxta eos,Quia simplices maioribus adhærebant credẽtes in mysterio, qd illi in mysterio docebant.

Iob. 1.c.

Distinctio.xxvi.

¶ De spe quid sit.

DEniq; spes est certa expectatio futuræ beatitudinis,ex meritis præcedentibus rem speratam.s.uitam æternã. Et de his q̃ nõ uidẽtur,sicut fides. Differt autem spes a fide,quia spes est bonarũ rerum,& futurarũ,& pertinentiũ ad eũ tantũ, qui earũ spem gerere perhibetur.Fides uero bonarũ rerũ est,& malarũ & ꝑsentiũ,& ꝑteritarum & futurarũ,& sui q eã fidem habet,& alienarũ.Ita tñ si eas credere ꝑtinet ad religionẽ.Hæc aũt in nobis proficiunt,usq; dũ perfecte cognoscamus.Ait enim Aug.Nõ cognoscamus ut credamus,sed credimus ut cognoscamus.

Ro.8.c

Differentia inter fidem & spem.

Fides solum rerũ est ad religionẽ ꝑtinentium.

¶ Christus nõ habuit fidẽ & spem, sicut nec modo sancti habent.

¶ Secundũ hoc ergo,fidẽ,& spem,Christus nõ habuit. Quia æque cognouit præterita & futura,sicut & præsentia.

¶ Q̃ sancti nõ dicunt modo credere uel sperare.

¶ Vnde sancti nõ dicunt modo credere,uel sperare futurã resurrectionẽ,quia eã perfectissime in uerbo dei intelliguut.

Rñsio.

¶ Hic obiicit.

¶ Legitur tamen q̃ crediderit & sperauerit Christus. Dicit enim per Prophetã.Ego ero fidens in eum,Et Psal. In te domine speraui.

Heb. 2. Psal.30.

Rñdet. Quod est intelligendũ quantum ad exteriorem effectum, nõ quantũ ad interiorẽ actum. Sic em̃ orabat, & cętera agebat, sicut facit qui nõdum uidens credit & sperat. Nõ tamen sperando uel credendo a plena cognitione differebatur. Deniq; ꝓm hoc dicit ad patrem. Discipli
Psal. 17. na tua ipsa me docebit, effectu. s. exteriori, quo formã bene correcti exhibuit, nõ actu interiori, qa nunq̃ se de prauis ad recta reformauit.

¶ Distinctio .xxvii.

¶ De charitate Christi.

Quid sit charitas. HAbuit charitatẽ Christus, quã passionis exhibuit opere, de qua breuiter dicamus. Charitas ergo est dilectio, qua deus propter se, & proximus propter deum diligit. Huius pri-
Deut. 6. a. Duo pcepta charitatis. mũ & maximũ mandatum est. Diliges deũ, ex toto corde tuo, & ex Ma th. zz. tota mente tua, & ex tota uirtute tua. i. ut omnes cogitationes tuas, omnẽ uitam, & intellectum in illũ conferas, quod nõ hic sed in futuro implebitur. Hoc tamẽ dictũ est, ut quo currendum sit, nõ ignoret.
Ioan. 13. d. In his duobus pceptis tota lex pẽdet & pphetæ. Secundum uero. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. i. ad qd, & propter quod teipsum diligis. Proximũ uero omnẽ hominẽ intellige q tribus modis dicit. Conditione, propinqtate fidei, & impensa beneficii.

¶ Angeli illo precepto obligantur, ¶ Distinctio .xxviii.

Aug. in lib. de do. Chri. VNde & angeli illo pcepto continent. Dicit em̃ Aug. Manifestũ ẽ pcepto dilectiõis proximi, etiam sanctos angelos cõtineri, a quibus nobis misericordiæ impendunt officia.

Quatuor sũt gña diligibilium. ¶ An illo præcepto iubeamur totũ pximũ, & nos totos diligere. Et de ordie diligendi. ¶ Distiu. xxviii. &. xxix. mistim poniuntur.

Aug. de do. Christiana. DEniq; omne genus diligendoꝝ, prædictis mandatis cõprehenditur, Quæ quatuor sunt, ut Augu. ait. Vnũ quod supra nos est. s. deus. Alterũ quod nos sumus. Tertiũ quod iuxta nos est. s. proximus. Quartũ, qd infra nos est. s. corpus nostrũ, & proximi. Quod in illis mandatis intelligitur, & si nõ exprimitur. Ait em̃
Aug. de do. Christiana. Augustinus. Sic te totũ intellige diligendũ. i. animã & corpus, & pximũ tuũ. i. animã & corpus eius diligere debes.

¶ Q. Vna charitate deũ & proximũ diligimus.

¶ Licet aũt tot diligamus, tñ una sola charitate diligimus. Ait em̃
Aug. in ser. de ascẽ. dñi. Augustinus. Vna est charitas, & duo sunt præcepta. Nõ enĩ alia charitas diligit proximũ, nisi quæ & deũ. Inde ordinata debet esse chari
Charitas debet eẽ ordinata. tas, & in affectu interiori, & in effectu exteriori. De ordine aũt affectus dicit Aug. Qui ordinatam uult habere dilectionẽ. Videat, ne aut
Aug. de do. Christiana. diligat, quod nõ est diligendum, aut nõ diligat quod est diligendũ, aut æque diligat quod plus minusue est diligendũ. Vel plus minusue

diligat quod æque est diligendum. ¶ Ordo diligendorum.

¶ Omnis homo, inquantum peccator, nõ est diligendus. Inquãtum homo, est diligendus. Deus uero, plus omni hoĩe diligend⁹. Ampli⁹ aũt diligendus est proximus, quã corpus nostrũ, quia propter deum ipse diligitur, qui potest deo perfrui. Corpus autem nõ põt. Deniq; omnes proximi pari affectu sed dispari effectu diligendi sunt. Vnde Aug. Omnes homines æque diligendi sunt, sed cũ omnibus ꝓdesse non possis, his potissimũ consulendũ est, qui pro locoꝝ, temporũ, uel quarumlibet rerum oportunitatibus constrictius tibi iunguntur. Hoc quoq; Ambro. distinctius dicit. Primo diligendus est deus. Secundo parentes. Inde filii, Post domestici, qui si boni sunt, malis filiis præponẽdi sunt. ¶ Postremo inimici, quos nec ex tota uirtute, nec sicut teipsum iubet deus diligere, sed simpliciter. Sufficit em̃ qd̃ diligimus & non odio habemus. Hoc aũt dicit Ambro. Nõ ut eos diligere nõ debeamus, sicut & nos, proximi em̃ sunt, sed ut sic ostendat̃ q; sufficit, si minus eos diligimus, q̃ cæteros proximos, & hoc utiq; ꝓm effectũ. ¶ De gradibus charitatis. Aug. sup epis. Ioã. & de pe. di. z. ca. q uult.

Aug. de do. Christiana.

Amb. super illud Canti. 1. Ordinauit ĩ me charitatem.

¶ Inici quõ sint diligẽdi

¶ Sciendum quoq; est q; charitas nõ mox, ut nascitur perfecta est. Vt em̃ perficiatur nascitur, nata nutrit̃, nutrita roboratur, roborata perficitur. Perfecta uero dicit. Cupio dissolui. &c̃.

Phil. 1. d.

¶ DISTinctio.xxx.

¶ Si melius est diligere amicos q̃ inimicos uel ecõuerso.

SOlet etiam quæri. Quid sit maioris meriti, Diligere amicũ, aut inimicum? Dicimus q; eiusdem meriti est. Eadẽ em̃ charitate, ex qua meritũ est, diligitur uterq;. Quantum uero ad actum exteriorem euidentius signũ est perfecte charitatis, diligere inimicum q̃ amicum. Vnde Aug. ait. Hoc tam magnũ bonũ (.s. diligere inimicum & bene facere odienti, & pro persequẽte orare) tantę multitudinis non est, quantam credimus exaudiri cũ dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

In Ench.

In doĩca oratiõe Math. 6. b.

¶ Distinctio.xxxi.

¶ Si charitas semel habita ammittat̃.

Ec dicendo, perfectam charitatẽ, ab imperfecta eum distinxisse, putemus, quæ charitas imperfecta, sepe amittit̃ & recuperatur, & ea tam boni q̃ mali participant. Vnde Ambro. Quibusdam gratia data est in usum, ut Sauli & Iudæ, frequenter etiã ante sunt mali, qui sunt futuri boni, & prius sunt boni, qui sunt futuri mali, Radicata uero & pfecta charitas, nunq̃ desinit, semel habita, nec ea participant nisi boni. Vnde charitas est fons proprius & singu

Amb. sup epistolam ad Roma.

Aug. ad Iulianũ comitẽ

Alieni dicũt hic oẽs qui audituri sũt Non noui uos.

laris bonorꝫ cui nõ cõmunicat alienus. Secundũ hoc eam, quæ multarũ auctoritatũ uidetur esse disonantiã distingue.

¶ Quomodo charitas nõ euacuabitur.

¶ Charitas aũt perfecta permanebit in futuro. Licet enim in futuro perficiatur, eadẽ tñ substantia idemq; modus permanebit, qui est ad deum plus q̃ teipsum. Ad proximũ uero sicut te. Cætera uero, uel ex toto cessabũt, ut fides & spes, quod & de sciẽtia quidã putãt, uel saltem quantũ ad modum, qui & omnino alius erit in futuro q̃ sit in præsente.

Fides spes & scia æuacuari dicuntur.

¶ Quare charitas post fidem & spem ponatur.

¶ Notandũ quoq;, q̃ charitas nõ ideo post fidem & spem ponitur, quia ex eis oriatur. Sed quia post illa remanebit aucta, quæ tria nunc æqualia sunt, nõ quantũ ad eorꝫ cõpræhensionẽ, sed quantũ ad actuũ eorꝫ intensionẽ. Etenim, si intensius credis, intensius etiã speras & diligis.

¶ Distinctio. xxxii.

¶ Quomodo Christus dilexit.

Habuit aũt Christus charitatẽ, nõ uiæ, ut omnẽ proximũ ad uitam diligeret, sed patriæ, qua tñ ælectos ad salutem dilexit. Reprobos etiam dilexit, sicut & ab æterno dilexit eos inquantum. s. opus eius erant futuri. i. quos & quales erat eos facturos. Proinde ælectos alios plus, alios minus ab æterno dilexit, nõ fm dilectionis essẽtiam, sed fm efficientiã, quia. s. maiora bona preparauit his, q̃ illis. Secundum hunc sensum dicunt aliqui diligi incipere a deo, tunc cum æternæ dilectionis effectum sortiuntur.

¶ Distinctio. xxxiii.

¶ De quatuor uirtutibus.

De quatuor uirtutib9 q̃ principales uel cardinales nũcupãt

Post prædicta, de quatuor uirtutibus principalibus uideam9. Quarũ prima est Iusticia, quæ est in subueniẽdo miseris, qui minus possunt contra potentiã fortiorꝫ. Secunda prudentia in præcauendis insidiis. Tertia fortitudo in perferendis molestiis. Quarta temperantia in coercendis delectationibus prauis.

Augu. 14. de trini.

¶ Quæ hæ uirtutes in futuro maneant.

Beda super Exod. 26.

¶ Hæ in futuro erunt, sed fm alium usum q̃ hic. Vnde Beda. Potestates cœli quatuor prędictis uirtutibus pręclaræ sunt, quæ aliter seruantur in cœlis ab angelis & aĩabus sanctis, q̃ hic a fidelibus.

¶ Distinctio. xxxiiii.

¶ De septẽ donis spiritusſancti.

Amb. lib. 1. de spiri. san.

Septem etiã dona, uirtutes sunt, & in angelis sunt. Vt Amb. ait. Spiritus dei, naturam angelorꝫ effusione quadã sanctificationũ ubertate lætificat. Deinde sanctificationes exponẽs, subdit.

His sanctificatiõibus, signatur plenitudo septẽ spiritualiũ uirtutũ, quas enumerat Esaias dicens. Spiritus sapientiæ. &c. Obiicitur. Esaias. 11. a.

¶ Sed contrariũ uidetur quod dicit Beda, Qui cũ de timore seruili, & casto ægisset addidit. Vterq; in futuro cessabit. Augu. etiã ait. Timor domini est magnũ præsidiũ proficientibus ad salutẽ, peruenientibus foras mittit. Nõ em iam timet amicũ, cũ perducti fuerint ad id, quod repromissum est. ¶ Dilutio obiectionis. Beda super parabolas. Prouerb. 1. Aug. super psal. 5.

¶ Sed dicimus, q̃ timor in futuro erit, nõ fm usum quẽ modo habet qui est metus seperationis, sed secundũ reuerentiã, quæ est mixta cũ subiectione dilectionis, fm quã in Christo fuit. Vñ Apostol⁹. Qui exauditus est pro sua reuerentia. ¶ De timoribus. Heb. 5. c.

¶ Hic sciendũ q̃ quinq; sunt timores. Mũdanus, qui culpa est, quo bona mundi perdere timemus. Et humanus uel naturalis, qui pœna ẽ & in Christo fuit, quo pericula carnis horremus. Et seruilis, quo propter timorẽ gehennæ continet se homo a peccato, & bonũ facit, qd̃ utile est, per quẽ paulatim fit consuetudo iusticiæ, & est insufficiens. Et initialis, qñ incipit quod durũ erat amari, & est sufficiẽs. Succedit deinde. Castus, qui & amicabilis dicit̃, uel filialis. Quo separatio spõsi timetur, & est perficiens, Qui secundũ hunc usum permanet, usq; in finem sæculi, Secundum predictũ uero, hic & in futuro erit. Quod autem dicitur, timor nõ est in charitate, de perfecta charitate, & initiali timore intelligendũ est. De quo Aug. Quantũ charitas crescit, tm̃ timor decrescit. Et quantũ illa fit interior, tm̃ timor pellitur foras, maior charitas, minor timor. Minor charitas, maior timor. Sciendũ uero q̃ ex usu scripturæ, seruilis timor initialis dicitur, quia locum p̃parat charitati dei, Initialis, quia inchoata charitate est. Timor Mundanus. Humanus. Seruilis. Inicialis. Castus. 1. Ioan. 4. d. Aug. homi. 9. sup Epist. Ioan. 4. Psal. 110.

¶ Distinctio. xxxv.

DEniq; illa tria dona, sic a se distinguunt̃. Quia scientia ualet ad rectam administrationẽ rerum temporaliũ, & bonã conuersationẽ inter malos, Intelligẽtia uero ad creatoris & creaturarũ inuisibiliũ speculationẽ. Sapientia autẽ ad solius æternæ ueritatis contemplationẽ & delectationem. Differentia inter sciam, intelligẽtiã & sapientiã.

¶ Distinctio. xxxvi.

¶ De connexione uirtutum, & æqualitate.

HIC etiam sciendũ, q̃ omnes uirtutes sibi inuicem ita cõiunctæ sunt, ut habita una, omnes habeantur. Vnde Hierony. Omnes uirtutes sibi inhærent, ita ut qui unã habet omnes habeat, & qui una caruerit omnib⁹ careat. Aug. etiã ait. Virtutes quæ sunt in animo quamuis alio & alio modo singulæ intelligantur, nul- Hieron. sup Esa. 110. Aug. li. 6. de trinitate.

lo modo tñ separantur ab inuicem, ut quicunq; fuerint æquales. Verbi gratia. In fortitudine, æquales sunt, & prudentia, & iusticia, & temperantia. Si em̃ dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illũ præstare prudentia, sequitur. Vt fortitudo huius, minus prudens sit, ac p̃ hoc nec fortitudine æquales sunt, Quia est illi⁹ fortitudo prudẽtior, atq; ita de cæteris uirtutibus inuenies, si omnes eadẽ consideratione percurras. Cũ em̃ dicitur aliquis, aliqua præeminere uirtute. Vt Abraham fide, & Iob patiẽtia, fm̃ usus exteriores accipiendũ est, uel in cõparatione alio⁹ hominũ, quia humilitatis habitũ maxime præfert. uel opus fidei, uel alicuius cæterarũ uirtutũ præcipue exequitur.

Virtutes omnes i singulis sunt æquales probat.

¶ Distinctio. xxxvii.

¶ De decem mandatis.

IAm distinctio Decalogi consideranda est. Habet enim Decalogus decem præcepta, Tria in prima tabula pertinentia ad deum. Septem quæ sunt in secunda tabula, pertinẽtia ad p̃ximum. Primũ in prima tabula est. Nõ habebis deos alienos. Nõ facies tibi sculptile nec omnem similitudinẽ. Sculptile est, qd̃ nihil habet simile sibi. Similitudo uero quæ habet speciẽ alicuius rei.

Aug. de decẽ cordis.

Primũ p̃ceptũ primæ tabulæ.

1. Corin. 8. a

Exodo zo.

¶ Secundũ præceptum primæ tabulæ.

¶ Secundum est. Nõ assũmas nomen dei tui inuanum. Quod est dicere, fm̃ litteram. Nõ iurabis pro nihilo per nomen dei. Allegorice uero p̃cipitur, ut nõ putes creaturã esse Christũ, dei filium.

¶ Tertium præceptũ primæ tabulæ.

¶ Tertium est. Memento sanctificare diem sabbati. Quo fm̃ litteram. Sabbati præcipitur obseruantia. Allegorice uero. Vt requiẽ & hic a uiciis & in futuro in dei contẽplatione expectes. Primũ quidem mandatum, pertinet ad patrẽ, in quo est unitas. Secundũ ad filium, in quo est æqualitas. Tertiũ ad spiritũ sanctũ, in quo est utriusq; cõmunitas.

Exod. zo.

Præcepta refert ad trinitatem.

¶ De mandatis secundæ tabulæ.

¶ Quo⁹ primũ ad patrem carnalẽ refertur, quod est. Honora patrẽ tuũ & matrem tuã, ut sis longeuus super terrã. s. uiuentiũ. Secundum est. Non occides. Vbi fm̃ litteram actus homicidii p̃hibetur. Spiritualiter uero uoluntas occidendi. Tertiũ est. Nõ mechaberis. i. ne cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonii. A parte em̃ intelligitur totum. Nomine igitur Mechiæ, omnis cõcubitus illicitus, illorumq; membro⁹ nõ legittimus usus, prohibitus debet intelligi. Quartum est, Non furtum facies. Vbi sacrilegium, & rapina omnis p̃hibetur, Non em̃ rapinam permisit, qui furtũ prohibuit. Hic autẽ solet quæri. Si Istahelitæ furtũ fecerunt, expoliando Aygyptum. Dicimus q̃ non.

Secundũ p̃ceptũ secdæ tabulæ.

Tertiũ p̃ceptũ sec. tab.

Quartũ p̃ceptũ sec. tab.

Si furtũ fecerũt filii Israel qñ spoliauerũt Aegy.

nõ.Quia perfecti deo iubenti ministeriũ præbuerunt.Infirmi uero magis permissi sunt,hoc facere illis,qui talia iure passi sunt qnã iussi. Augu.super Exodum.
Quintum est.Cõtra proximũ nõ loquaris falsum testimoniũ. Vbi crimen mendacii & periurii prohibetur. Quintũ præceptũ. secũdæ tabulæ.

¶ Distinctio. xxxviii.

¶ De mendacio.

Est aũt mendaciũ(ut Aug.ait)falsæ uocis significatio,cũ intentione fallendi.Mentiri uero,est loqui contra hoc quod animo sentit quis.Vnde si Iudeus dicit.Christũ esse deum, cũ hoc nõ credat,mentitur quidẽ,sed mendaciũ nõ dicit. Aug.in Enc. Quid mẽdacium. Mentiri qd.

¶ An mendaciũ omne sit peccatum.

¶ Deniq; omne mendaciũ peccatũ est.Sed multũ interest, quo aĩo & de quibus rebus quis menciatur.Nõ eẽ sic peccat, qui ut consulat mentitur,sicut qui ut noceat.Nec qui de uia terræ sicut qui de uia uitę mentitur. Aug.in Enc.

¶ Mendaciũ est triplex.s.Officiosum,Iocosum,Perniciosum.

¶ Mentitur namq; quis pro cõmodo aliqũ alicuius tm̃, ut obstetrices & Raab.Aliqũ ioco,qd̃ perfectis nõ cõuenit.Aliqũ ex malignitate,quod cunctis est ualde cauendum. Exod.1.d.& Iosue.2.a.

No ta.

¶ De mendacio Iacob.

¶ Dicens deniq; se Iacob Esau,a mendacio excusatur.tm̃ proponẽs obedire matri,quæ familiari cõsilio dei nouerat,in eo factum mysterium sacramenti.Vel nõ fuit mentitus Iacob,erat eẽ ipse Esau iure,& si nõ persona,quia emerat ab eo primogenita. Gen.27.c.

¶ Distinctio. xxxix.

¶ De periurio.

Periuriũ est mendaciũ iuramento firmatũ.Iurare est deo reddere ius ueritatis.s.& nõ falsitatis,Hoc est,deũ testem adhibere,Vel ei aliquid obpignorare.Vt ille facit,qui per filios suos iurat,quos obpignorat deo,Vt hoc eis eueniat qd̃ de ore suo procedit,Si uerũ,uerum.Si falsum,falsum. Quid piuriũ Quid iurare Aug.in sermone de piurio.

¶ Quod iuramentoq; magis teneatur.

¶ Iuratur aũt per deum,per euangelia, per creaturas, Sed quanto magis sanctum est,per quod iuratur,tanto magis est pœnale periurium.Periuriũ autem est.Adhibita iuratione mentiri,qd̃ fit, dũ iurando quis loquitur,cũ intentione fallendi,quã uel statim habet,uel postea ante tempus,quo fieri debet,quod iurauit.Ream eẽ linguã non facit,nisi rea mens. Quid sit piurium. Aug.de uerbis Apli sermone.28.

¶ Iusiurandum.

¶ Aduertendum quoq; est,q̃ Iusiurandũ tres habet comites.Veritatem,Iudicium,& Iusticiam,ut.s.discrete quis iuret, quantum ad se. Vtiliter quantũ ad proximũ, & uerũ sit, uel esse putet, quod iurat, Hieron.sup Hiere. 22.q. 2.ca. aduertendum.

Iuratio ícauta peccatũ é

quantum ad deum. Quod si ista deficiant, periuriũ est. i. Incaute iusiurandum factum. Quod ideo peccatũ est. Quia iuratio nõ est appetenda, sicut res bona, nec tamen fugienda est, sicut mala, cũ est necessaria.

¶ Periuriũ quando dicatur.

¶ Dicitur em periuriũ proprie, cũ impleri potest Iuramentũ, & debet fm tenorem iurandi, sed contemnit, q; salubriori consilio faciendum est, quando si impletur iuramentũ, peiorem uergit in exitũ. Velut cũ iurauit quis permanere in stupro, qui nimirũ inter stuprũ & p̃dictum periuriũ perplexus est, ubi fides rescindenda est. Ait em Isidorus. In turpi uoto muta decretũ, qd incaute fouisti ne facias.

Isidor. in Sinonimis. zz q.4. c. in malis.

¶ De eo qui uerborũ calliditate iurat.

¶ Proinde quacunq; arte uerborũ iuretur, deus sic accipit, sicut ille q iurat, & ille cui iuratur, simpliciter intelligit.

¶ De illo qui cogit falsum iurare,

Aug. in sermone de p̃iuriis.

¶ Quod si quis sciens falsum iuramentũ exigit, homicida est.

¶ DISTinctio. XL.

¶ De sexto & septimo præcepto.

Sextum p̃ceptum. Septimũ p̃ceptum.

SExtum deniq; præceptum est. Nõ desiderabis uxorem proximi tui. Septimũ est, Nõ concupisces domũ proximi tui, nõ seruum, nõ ancillam.

¶ Obiectio.

¶ Sed uidentur hæc duo præcepta superioribus includi, quibus dictum est, Nõ mechaberis, Nõ furaberis. Sed illis opera ꝓhibita sunt, his uero concupiscentia prohibetur. Prædicta igitur mandata legis sunt decem chordæ Psalterii, quæ charitate tangendæ sunt, ut feræ uiciorum occidantur.

Soluit.

Finis Tertii libri.

¶ Distinctio prima.

¶ De sacramento.

POST tractatum rerũ, quibus fruendum est & utendũ, & quæ fruuntur & utuntur. Ad signa tractanda accedamus, quæ sacramenta dicuntur. Sacramentũ igitur est uisibilis forma, inuisibilis gratiæ, Vel sacrę rei signum. Signum autem est res quæ præter speciem quã ingerit sensib⁹, aliud aliquid ex se facit in cognitionẽ uenire.

Aug. li. x. de Ciuita. dei. De conse. d. z. c. sacrificiũ

Sacramẽtũ quid. Aug. li. z. de do. christia.

¶ Quomodo differunt sacramenta ueteris & nouæ legis.

¶ Deniq; sacramentũ eius rei similitudinẽ gerit, cuius signũ est, ut aqua baptismi, mũdationis peccatorꝝ. Enimuero Sacramentũ ꝓprie dicitur. Qd' ita significat gratiam, ꝙ & confert eam. Per quod inter uetera & noua sacramenta differentia manifeste notatur. Illa em̃ tm̃ promittebant & significabant, hæc signant & dant gratiam.

¶ Quare instituta sunt sacramẽta.

¶ Quæ triplici ex causa instituta sunt, ut. s. humiliemur, erudiamur, exerceamur. Homo em̃ qui maiorẽ se contempsit, placet deo, dũ in sensibilibus, & se inferioribus reuerenter ex præcepto humiliat, Qũ etiam per id qd' inuisibili specie cernitur, ad inuisibilem uirtutem cognoscendã eruditur. Per hæc etiã sacramenta noxiã occupationẽ uitat, & utiliter exercetur, qui ociosus esse nõ posset.

¶ De circumcisione.

¶ Licet aũt antiqua sacramẽta gratiam nõ darent. Circũcisio tm̃ tantundem ualebat cõtra peccatũ qd nunc baptismus. Vnde Beda. Idem salutiferæ curationis auxilium circũcisio in lege, cõtra originalis peccati uulnus agebat. Quod agit baptismus tempore gratiæ, nisi ꝙ nõ aperiebat ianuam regni.

Sup euangeliũ Lucæ. Et postquã impleti sunt dies. &c.

¶ De institutione & causa circũcisionis.

¶ Fuit autem circumcisio Abrahæ mandata prius, postea uero semini eius. Fuit autem mandata illi ad approbationẽ fidei, & obedientiæ eius. Et ut populus ille hoc signo a cęteris nationibus discerneretur.

¶ Quare in carne preputii.

¶ In carne etiam preputii fieri iussa est, Quia decuit signum ibi obedientiæ apparere, ubi pœna inobedientiæ. i. concupiscentia magis dominabatur.

¶ Quare octauo die, & petrino cultello.

¶ Fiebat autem octauo die, petrino cultello, quia per resurrectionẽ Christi octaua die factã, anima a peccatis mundatur, & in cõmuni re/

surrectione, octaua ætate futura, omnis corruptio ab ælectis per petram Christum tolletur.

¶ Per qd delebat originale peccatũ ante circũcisionẽ in paruulis & adultis.

In.4.Moralium de cõse. di.4.c.quod apud.

¶ Ante circumcisionẽ dimittebant peccata paruulis, in fide maiorũ. Maioribus uero in sacrificiis. Vñ Grego. Quod apud nos ualet aqua baptismi, hoc apud ueteres ægit, uel pro paruulis sola fides, uel pro maioribus sacrificii uirtus. ¶ Quare in baptismũ circũcisio sit mutata.

¶ Circumcisio autem merito in baptismũ mutata est, quia baptismꝰ cõmunior est & pfectior, de quo ammodo uideamus.

¶ Distinctio secunda.

¶ De baptismo.

Quid utilitatis habuit baptismus Ioannis.

SCiendum est, ꝙ baptismũ, quo regenerant fideles, baptismus Ioannis præcessit. In hoc utilis existens, quia hoies usu baptisandi præparabat ad baptismũ Christi

¶ Quare Ioannes dictus est baptista.

Forma baptismi Ioannis.

¶ Ioannes aũt Baptista dictus est, quia operatio tm̃ Ioãnis erat, ibi exterius lauãtis, non dei interius operãtis, Qui baptismus, in nomĩe uenturi tradebat. ¶ An baptisati a Ioanne erant rebaptisandi.

In epist. de unius uxoris uiro.

¶ Proinde baptisati baptismo Ioannis, nec credẽtes spiritũ sanctũ esse rebaptisati sunt baptismo Christi. Vnde Hieronymus. Qui spiritum sanctũ nesciebant, cũ baptismũ a Ioanne accœperũt in nomĩe uenturi, iterum baptisati sunt. Ne quis putaret, aquã sine spũ sancto sufficere ad salutem. Consequenter ergo uideamus quid sit baptismꝰ & quæ sit eius forma, & quando institutus, & quare.

¶ Distinctio Tertia.

¶ Quid sit baptismus.

EST aũt baptismus, Intinctio corporis facta, sub forma uerbi eius de quo dicitur, Accedit uerbũ ad elementũ, & fit sacramentum. ¶ Forma sacramenti.

Math.ult.

¶ Verbum autẽ illud est inuocatio trinitatis. Iuxta quod ait ueritas, formã baptisandi ostendẽs. Ite baptisantes eos, in nomine patris & filii & spiritusancti. Hoc aũt uerbũ accedit ad elementũ, non tm̃ quia dicitur, sed quia & creditur. In nomine etiã Christi legitur Apostolos baptisasse. In quo tota trinitas ĩtelligit. s. ipse unctus, & pater a quo unctus est, & spiritusanctus quo unctus est.

Act. 8.&.10.

¶ An in unius personæ nominatione possit tradi baptismus.

In li.de spi.s

¶ Immo, & in unius personarũ nomine tantũ, perfecte sacramentũ traditur, si de aliis recte sentiatur, & ecõuerso. Omnibus nominatis, uacuũ est mysterium, si de aliis male sentiatur. Vnde Amb. Sicut si nõ

patrem,uel filium,uel ſpiritum ſanctũ ſermone cõpræhendas, fide aũt nec patris,nec filii,nec ſpirituſsancti abneges,plenũ eſt fidei ſacramentũ.Ita etiã,licet patrẽ,uel filiũ,& ſpiritũ ſanctum dicas,& alicuius eorꝝ minuas poreſtatem:uacuũ eſt myſteriũ. Tutius tñ eſt tres perſonas in baptiſmo nominare,ut dicatur.In nomine patris,& filii & ſpirituſsancti,nõ in nominibus,ſed in nomine.i.inuocatiõe uel cõfeſsione trium perſonarũ. ¶ Vbi fuerit inſtitutus baptiſmus

¶ Fuit aũt inſtitutus baptiſmus,in Iordane,qñ Chriſtus cõtactu mũdanæ carnis ſuæ,uim regeneratiuã contulit aquis,ut qui poſt immergerẽ,inuocato nomine trinitatis,a peccatis mundaretur.

¶ Quare in aqua tantum baptiſetur.

¶ Celebratur aũt baptiſmus in aqua,nõ alio liquore,ne ullus inopia excuſetur.Et propter ſimilitudinem ſacramenti,Quia ſicut aqua corporis ſordes abluit,ſic baptiſmus maculas animæ abſtergit.

¶ De immerſione quoties fieri debeat,Ad Leandrũ epiſcopũ,& de conſ.diſt. quarta, capite de Trina.

¶ Deniq; pro uario eccleſiarũ uſu,ſemel,uel ter,qui baptiſatur immergitur.Vnde Greg.In una fide,nihil officit eccleſiæ ſanctæ cõſuetudo diuerſa,unde repræhenſibile nullatenus eſt.Infantem baptiſando,ter uel,ſemel,immergere,quia ter inmergendo perſonarũ trinitas,& ſemel,poteſt diuinitatis unitas deſignari.Nos uero qui tertio mergimus,etiã triduanę ſepulturæ ſacramentũ ſignamus.

¶ DISTinctio Quarta.

¶ De triplici effectu baptiſmi.

Oſt ſupradicta,ſciendum eſt. Alios percipere ſacramentum & rem.Alios ſacramentum tantum.Alios rem tm̃.Sacramentum & rem ſuſcipiũt paruuli.Licet de perituris quidã aliter ſapiant, male ĩnitentes uerbo Auguſtini qui dicit.Sacramenta in ſolis ſanctis efficiunt id,quod figurant.Quod ſic accipiendũ eſt,quia cũ ſacramenta omnibus efficiãt remiſsionẽ,ſolis ælectis hoc faciunt ad ſalutem. Adulti quoq; qui cum fide accedunt,ſacramentũ & rem ſuſcipiũt,q; uero ſine fide ſacramentũ tantũ. Vnde Hieronymus.Qui nõ plena fide baptiſmũ accipiũt,nõ ſpiritum ſanctũ,ſed aquã accipiunt. Idem Aug.ait.Omnis qui iam ſuæ uoluntatis arbiter conſtitutus eſt,cũ accedit ad ſacramentũ fideliũ,niſi pœniteat eũ ueteris uitæ nouã inchoare non poteſt.Quod aũt Auguſtinus dicere uidetur,ficte accedenti, in ipſo puncto temporis peccata dimitti.Nõ dicit aſserendo,ſed cõferendo,& alios impugnando.Quod oſtenditur ex eo,q; ibidẽ ſic dicit.Si ad baptiſmũ fictus accedit,dimiſſa ſunt ei peccata,aut nõ ſunt

De quorundã errore.

In li. de baptiſmo paruuloꝝ.

Sup Ezechielem.16.

De pœnitẽtia & ponit̃ de cõ.diſ.4. c.Ois qui.

In li. de bapti. paruul.

In eodẽ lib.

dimissa, eligant quod uolunt. Qui etiã ait. Tunc ualere incipit ad salutem baptismus, cũ illa fictio ueraci confessione cõsequẽte, de corde recessit. Accedens ergo ficte, nõ rem, sed tm̃ sacramentũ accipit.

¶ Quid prosit baptismus cũ fide accedentibus.

¶ Sed cum fide accedentibus quid baptismus præstat cum iustificati sunt? Ad quod dicimus, ꝙ exterioris satisfactionis absolutio eis præstatur, & gratia adiutrix, omnisq; uirtus augetur, fomes quoq; peccati amplius debilitat. Vnde Hieronymus. Fides quæ fideles facit, in aquis baptismi, datur, uel nutritur, quia nõ habenti datur, & habenti ut plenius habeatur. ¶ Qui suscipiũt rem & non sacramentum.

¶ Rem aũt & nõ sacramentũ suscipiũt. Qui pro Christo, sanguinẽ fundunt, seu fidem eius tenent, quibus propter angustiã tẽporis succurri nõ põt. Vnde Aug. Etiam atq; etiã considerãs, inuenio, nõ tantum passionẽ pro nomine Christi suscœptã, uicem baptismi supplere, sed etiam fidem & conuersionẽ cordis, ita demũ. Si ministeriũ baptismi nõ cõtemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Ambrosius etiã de Valentiniano ait. Ventrem meũ doleo, quia quem regeneraturus eram ammisi. Ille tm̃ gratiã quã poposcit nõ perdidit.

De cõ. dis. 4. baptismi uicem.

Aug. de unico baptismate. li. 4.

¶ Quæ uideantur obuiare predictis.

¶ Cui sententiæ nõ obuiat, quod dominus dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. &c̃. Intelligendũ em̃ est, de his, qui possunt, & contemnunt baptisari. Similiter & illud intelligendũ est. Nullũ catecuminũ, q̃uis in bonis operibus defunctum, uitã habere credimus.

Ioan. 3.

Aug. i ecclesiasticis dogmatib⁹. c. 24

¶ Q̃ baptismus aliq̃ p̃cedat, aliq̃ sequatur, aliq̃ cõcomitet̃, remissionem peccatorum.

¶ Deniq; sciendũ, ꝙ cũ baptismus sit sacramentũ remissionis peccatorꝫ, aliquando præcedit ipsam, Vt cum fictus baptisatur. Aliq̃ sequitur, ut cũ iustus baptisatur. Aliquando simul sunt, ut cũ paruuli baptisantur, qui gratiam bene operandi percipiũt cũ baptisantur in munere sed non in usu, quã ad ætatem maiorẽ uenientes, habebunt. Nisi per liberũ arbitriũ prauũ usum elegerint. Pro quib⁹ patrini fidẽ petunt, & credere profitentur. Quod totũ de sacramẽto baptismi intelligendum est, ut sit sensus, fidem peto. i. fidei sacramentũ presto sum recipere, Credo. i. fidei sacramentũ recipio, qd̃ Patrinus pro paruulo dicit, qui nõ habet ætatem, ut pro se loquatur, per quod & ipse paruulus obligatur adimplere, cum maior factus fuerit, & Patrinus etiam sollicite operam dare ut adimpleatur. Vnde Aug. Certissimã emisistis cautionẽ, qua abrenunciare pompis diaboli spopondistis. Baptismũ autẽ exorgismus. i. adiuratio, & Catechismus. i. instructio

De patrinis quid agere debeant.

præcedũt. Nõ q̃ sine istis, nõ possit esse baptismus, & cui debitor fiat, sed ut baptisandus instruatur, quæ fugiat. Vnde August. Paruulus exsufflatur & exorgisatur, ut diabolus ab eo fugiat, & sciat cui deinceps debitor fiat. In li. de symbolo.

¶ Distinctio Quinta.

¶ Q̃ baptismus æque sanctus est, & bono & malo. Datus a bono uel malo.

DEniq̃ cum solus Christus baptiset, semper æque bonũ baptisma traditur, a quocunq̃, bono uel malo traditur.

¶ Distinctio Sexta.

¶ Quibus liceat baptisare.

AD summã sciendũ est, q̃ ministeriũ baptismi, solis sacerdotibus licitum est, Necessitatis uero tẽpore, Diaconibus, & cui cunq̃ personæ baptisma ministrare licet, quod a quocunq̃ traditum, dũmodo in forma ecclesiæ, nõ erraẽ, non reiteratur.

¶ Distinctio septia, in q̃ magister Petrus de Sacramẽto Cõfirmatiõis tractat. a Bandino non tradita nec memorata est. Vnde uenari poterit, Bandinum ante Petrum Longob. suas descripsisse sentẽtias. Contra eos qui eũ Longobardi Appreuiatorẽ fuisse contendũt. Nõ eñ uerisimile uideẽ, Bandinũ si Appreuiator tantũ fuisset (ut illi autumãt) & nõ auctor integrã distinctionẽ & materiã Confirmationis surda aure, uel illibatam saltem pertransisse.

¶ Distinctio Octaua.

¶ De sacramento Eucharistiæ.

POst sacramentũ baptismi, sequitur sacramentũ Eucharistiæ, & bene. Per baptismũ enim mũdamur, per Eucharistiã in bono confirmamur. Eucharistia aũt diciẽ bona gratia, quia in hoc sacramento totus ille sumitur, qui est fons & origo, totius gratiæ. In hoc ergo sacramẽto uideamus de institutione eius, & forma, & re. Eucharistia unde dicaẽ.

¶ De institutione huius sacramenti.

¶ Dominus igitur instituit hoc sacramentũ, in cœna, post agnũ typicum, in quo significauit ueteris legis sacramenta morte sua terminari, & quæ sunt nouæ legis substitui. ¶ De forma sacramenti huius.

¶ Forma autẽ ea est, quã idem dominus instituit dicens. Hoc est corpus meũ quod pro multis tradetur. Et. Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur. Reliqua autẽ ad laudẽ dei dicuntur. Vnde Augu. Credendũ est, q̃ in illis uerbis Christi, sacramenta conficiaṽ, reliqua omnia sunt laudes, obsecrationes, petitiones. ¶ De sacramẽto & re. Math. 26. De cõ. di. 2. c Vtrũ sub fi.

¶ Sunt autem in hoc sacramento tria distinguenda, Vnũ qd̃ tm̃ est sacramentũ. s. species panis & uini. Alterũ qd̃ est sacramentũ, & res caro. s. Christi quã de uirgine traxit, & sanguis, quẽ pro nobis fudit. Tertium quod est res tantũ sacramenti. Vnitas scilicet ecclesiæ, quæ

Ioan. 6. est spiritualis caro domini, de qua dicitur. Nisi manducaueritis carnē meam, & biberitis sanguinē meū, nō habebitis uitā æternā in uobis.

¶ Distinctio Nona.

¶ De duobus modis manducandi.

Sicut autē duæ sunt res huius sacramenti, ita & duo modi mā/ducandi sunt. Sacramētalis. s. quo corpus, quod de uirgine traxit, sub sacramento sumit, & sanguis bibitur. Et spiritua lis, quo quis manducat, si in deo manet, & deus in eo. Vnde Aug. Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego ī eo. Si in me manet, & ego in eo, tūc bibit. Qui uero in me nō manet, nec ego in illo, & si accipit sacramentū, acquirit magnū tormentū. Item Vt quid paras uentrem & dentem, crede & manducasti. Secundū hos duos modos distīguitur, qd ▵ Augustinus ait. Bonus accipit sacramē tum & rem sacramenti, Malus uero tantū sacramentū. i. corpus Chri sti. Secundū hoc etiā intelligitur illud Augustini. Nō manducās man ducat, & manducās nō manducat.

In lib. de re/medio pœ/nitentiæ.

Ioan. 6.

De cō. di. z. c Vt quid.

Aug. in lib. de remedio pœnitētiæ.

▵ In glosa. 1 Corinth. z.

¶ Distinctio. x.

¶ Corpus Christi in omni esse altari.

Eniq; corpus Christi de uirgine tractū, in omni altari est, tpe sacrificii. In uno tū loco tantum est. s. ad dexterā patris, uisibi liter ſm formā humanā, hoc est, quod Aug. ait. Corpus Chri sti est in uno loco uisibiliter. s. in forma humana. Veritas tū eius ubiq; est. i. diuinitas. Itē Veritas eius. i. uerū corpus eius ubiq; est. i. in omni altari, ubi celebratur, inuisibiliter tamen, ſm eandem formā, ita simi/lia sunt intelligenda.

Quotiescūq;

Sup psal. 54.

¶ Distinctio. xi.

¶ De conuersione & cæteris, quæ circa hoc sacramentum aguntur.

Proinde uera fides fatetur, q; usitatus panis est in altari, ante uerba sacra quæ suprapposita sunt. Post illa uerba, de pane fit caro Christi, nel conficit, uel transit panis, uel conuertitur in in carnem, Similiter & de uino. ¶ De modo conuersionis.

Quod si quæritur de modo conuersionis. Dicimus. Quia quidā dicūt conuersionē illam sic esse intelligendam, ut sub quibus accidentibus erat prius substantia panis & uini. Sub eisdem, post consecrationē fit substantia corporis & sanguinis. Alii autem dicūt, q; substantialiter panis mutatur in carnē, nec tamē augetur. Totū em quod ibidem est, uirtute miraculi refulget. Sed siue sic, siue aliter fit, tenendum est, qd Aug. ait. Si quæris modū quo id fieri possit breuiter dico. Mysteriū fidei salubriter quæri pōt, inuestigari salubriter nō pōt.

In li. senten. psperi.

¶ Quare sub alia specie sumatur.

Sumitur

¶ Sumitur autem corpus Christi sub alia specie, q̃ propria, triplicī de causa. s. ut fides meritū haberet, & ne abhorret animꝰ qd̃ cerneret oculis. Et ne ab incredulis religioni insultetur. ¶ Cur sub duplici.

¶ Sub duplici quoq; specie, totus Christus summitur, ut ostendat̃ totam humanā naturā Christū assumpsisse, totāq; redemisse. Panis enim ad carnem, uinum referr̃ ad sanguinē, ut Moyses ait. Caro pro corpore uestro offertur, sanguis uero pro anima. Aqua etiā, q̃ populū signat uino admiscer̃, ut per hoc plebs credentiū ei, in quē credit copulari ostendat̃. Quod si ignorantia uel negligentia prætermittitur aqua, nō est irritum quod geritur. Si aūt introducendo hæresim hoc fit, nihil agitur. Deutro. 12. Cur aq̃ misceatur.

¶ Distinctio. xii.

¶ Vbi illa accidentia fundentur.

SI autem quæritur de illis accidentibus, ubi fundant̃. Videtur potius fatendū, ut sine subiecto existāt, quod nō est impossibile ei, qui creauit illa. Frangitur autem corpus domini, nō quidem in essētia sui, quia impassibilis factus est. Sed in sacramēto, ut Aug. ait. Etquidē in sacramento sic fit. In quo sacramento sic tractat̃ & frāgitur, & dentibus fideliū atteritur, ut Berengarius coram Nicolao papa iurauit. De fractiōe & partibus. Et habetur de cōse. di. z c. Ego Berē.

¶ Quid illæ partes significent.

¶ Tres autem partes cottidiano usu, eiusdem sacramenti in ecclesia fiūt, nō sine significatione, ut Sergius papa ait. Pars em̄ Oblatæ in calicē missa, corpus Christi, quod iam resurrexit, monstrat. Pars cōmesta ambulans adhuc super terram. Pars in altari usq; ad finē missæ remanens, corpus iacens in sepulchro, quia usq; ad finem sæculi corpora sanctorꝫ in sepulchris erūt. De cōs. di. z. c. Triforme.

¶ Quare hoc sacrificiū dicat̃ īmolatio.

¶ Dicitur autem hoc sacrificiū īmolatio Christi. Imolatur em̄ Christus cottidie, non essentia sui, quia semel mortuus est, & iam nō moritur, sed sacramentali rep̄sentatione, Nec tñ iteratur sacramentū hoc, quia benedictio nō repetit̃ super eandē rem, sicut nec baptismꝰ in eadē persona.

¶ Cur fuit institutum.

¶ Fuit autem institutū hoc sacramentū, in medicinā cottidianæ infirmitatis. Vnde Aug. Iterat̃ cottidie hæc oblatio, quia cottidie peccamus. Item. Quia cottidie labimur, cottidie mysteriū Christi pro nobis īmolatur. Ter autem in anno unicuiq; fidelium cōmunicandū est, in Pascha. s. Penth. & Natali. Aug. ad Ianuarium. Quoties sit cōmunicandū in anno. Fabianꝰ papa de cō. di. z. ca. Si non.

¶ Distinctio. xiii.

¶ Qui conficiant hoc sacramentum.

CONficitur autem hoc sacramentū, a quolibet sacerdote, sm ritum & intentionē cōficiendi, utiq; si in unitate ecclesiæ cō-

sistit. Excommunicati ergo, uel hæresi manifesta notati, nõ conficiũt hoc sacramentũ. Nemo em̃ consecrãs dicit offero, sed offerimus, q̃si ex persona ecclesiæ, quod Aug. ita dicit. Recole nomẽ, & aduerte ueritatem. Missa em̃ dicitur, eo q̃ cœlestis missus. i. angelus ad consecrandum corpus dominicum adueniat. Dicente sacerdote. Omnipotens deus, iube hoc perferri per manus angeli tui in sublime altare tuum. Sed nunquid hæretico usurpante hoc mysteriũ. Angelum de cœlo mittit deus oblationẽ eius consecrare? Hæc de cœlesti mysterio pstrinximus, quæ fideliter a catholicis tenenda sunt.

In sermone de corpore Christi.

¶ Distinctio. xiiii.

¶ De pœnitentia.

POst hæc de pœnitentia uideamus. Quæ post naufragiũ Adæ & originalis peccati, secunda tabula est. Prima em̃ est baptismus, ubi uetus homo deponitur, & induitur nouus, qui semel præstitus, non iteratur. Pœnitentia autem, frequenter subuenit. A qua prædicatio Ioannis cœpit dicentis. Pœnitentiã agite appropiquabit em̃ regnum cœlorꝫ. Dicta est aũt pœnitentia a puniendo, qua quis illicita, quæ cõmisit punit. Pœnitere enim est pœnam tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, quod cõmisit peccando. Proinde pœnitentiæ uirtus timore concipitur. Vnde Esaias. A timore tuo domĩe concœpimus spiritum salutis. Esa 26.

Math. 3. Vñ dicatur pœnitentia

Quid sit pœnitere.

Aug. lib. de unica pœn.

¶ Pœnitẽtia solẽnis & nõ solennis.

¶ Pęnitentiarꝫ uero, Alia solennis est. Alia nõ, Solẽnis est (ut △ Ambrosius ait) quæ fit extra ecclesiam in manifesto in cinere & cilicio, q̃ pro manifestis horrendisq̃ delictis tantum imponitur. Quæ nõ iteratur pro reuerentia sacramenti. Eiectionẽ enim primi hominis de paradiso, significat. Alia uero nõ est solennis, quæ uirtus mentis est, & in secreto agitur, & frequenter ab eodem iterari potest in salutẽ. Quod probatur exemplo Dauid, qui post ueniã adulterii, & homicidii, graiter deliquit in numerando populum, qui dum angelo ferienti plebem se obtulit dicens. Grex iste quid fecit? Fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Statim sacrificio dignus factus est, & absolui meruit. Hoc est etiam quod Aug. ait. Confiteri peccata etiã semel terreno iudici ante mortem, sed deo frequens confessio uitam inducit. Itẽ Super psal. Parcet pauperi. Si liberatus offendit, parcet, quia omnes peccant. Auctoritates ergo quæ pęnitentiã prohibere uidentur iterari, Vel de perfectorꝫ pęnitentia, uel de solenni intelligendæ sunt. Velut illa. Pęnitentia semper est uindicta puniens, quod quis cõmisit, & illud. Reperiuntur qui sepius agendã pęnitentiam putant qui luxuriantur in Christo.

Quid sit pœnitẽ. solẽnis

△ Li. de unica pœnit. & de pe. di. 3. c reperiunt.

Quid sit pœnitẽtia non solennis.

Ambr. in Apologia Dauid, & habetur de pœ. di. 3. c. illud.

Sup ps. Parcet pauperi.

Amb. lib. 2. de unica pe.

Prima Para. 21.

¶ Distinctio.xv.

¶ Si confessio de uno peccato ualeat cæteris manentibus.

VIdetur aũt cõfessio de uno peccato tantũ facta, ualere, præsertim si pro eo satisfactum est, quia scriptura dicit. Nõ iudicabit deus bis inidipsum, & non consurget duplex tribulatio. Sed hoc de his intelligendũ est, qui præsenti pœna cõmutant in bonum. Cæterũ si perdurãt in malo, præsentibus suppliciis æterna cõnectunt, ſm illud. Duplici contritione cõtere eos, domine deus noster. Aliter em̃ ait Gregorius. Pluit dominus super unam ciuitatem, & super alteram nõ pluit. Et eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cũ ille qui proximũ odit, ab aliis uiciis se corrigit, una eademq; ciuitas ex parte cõpluitur, & ex parte arida remanet, quia sunt quidã, qui cum quædam uicia resecent, in aliis graui ter perdurant. Sed hoc non ad ueniã criminis, sed ad desertionem actus peccandi referendum est. Vt ideo pars ciuitatis dicatur cõplui, qa a delectatione, & actu peccandi nunc continet. Vocaturq; hæc continentia pluuia, quia de fonte gratiæ procedit, ut uel sic paulatim pœniteat, uel eo minus a deo puniatur, qui diuturniori delectatione, & actu peccati, maius sibi accumulasset tormentum.

Naum.1.

Hierem. 17.

Grego. sup Ezechielẽ.

Exponit mẽtem Gregorii.

¶ An satisfactio sit imponenda huic peccato sine aliis confesso.

¶ Quod autem solet quæri. Vtrum pro illo peccato, denuo satisfactio sit imponenda. Dicimus, Iterum imponendam. Quia primo condigne non satisfecit, cum falsa esset eius pœnitentia. Ait enim Innocentius. Falsam pœnitentiã esse constat, cũ spretis pluribus, de uno solo penitentia agitur. Vel cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio, Arbitrio tamen sacerdotis poterit moderari.

Inno. secundus de pœ. dis. 5. ca. fratres nostros

¶ Distinctio. xvi.

¶ De tribus quæ in pœnitentia considerantur.

IN pœnitentia autem tria consideranda sunt. Cordis cõpunctio. Oris confessio. Operis satisfactio. Sicut em̃ tribus modis offendimus, sic tribus modis satisfacere debemus. Corde. ore. opere. ¶ Tres peccati differentiæ, ſm Aug. de sermone habita ĩ mõte. Tres quidem peccati differentiæ sunt, tanquam tres mortes in domo, in porta, in sepulchro, quas dominus significauit in tribus mortuis, quos suscitauit. Cõpunctio autẽ cõmendatur ibi. Scindite corda uestra & non uestimẽta uestra. Cõfessio ibi. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Satisfactio ibi. Facite dignos fructus pœnitẽtiæ.

Iohel. 2.

Prouer. 8.

Lucæ. 3.

¶ Quæ confitenti attendenda sunt.

¶ Deniq; qui confitet (ſm qd̃ Aug. ait) exprimat sacerdoti q̃litatẽ

In lib. de uera & fal. pœ.

criminis, locũ, tẗpus, perseuerantiã suã, & eius personæ cũ qua peccauit, Conditionẽ, & Intentionẽ, & quali hoc fecerit tentatione. Omis enim ista uarietas confitenda est, & deflenda.

Q; confessio nõ sit diuidenda per diuersos sacerdotes.

Caueat etiã, ne uerecundia ductus, diuidat apud se confessionẽ. ut diuersa diuersis sacerdotibus uelit manifestare, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper uenia carere, ad quam frustra putat peruenire. De tribus actionibus pœnitentiæ.

Ad Felicianũ, & habet de pœni.di. 1.c.tres aũt.

Sunt etiam tres actiones pœnitentiæ. Vnde Aug. Agunt homines pœnitentiã ante baptismũ de peccatis prioribus, ita tamẽ ut baptisentur. Agunt & post baptismũ pœnitentiam, si ita peccauerũt, ut excõmunicari mereantur. Est etiã pẹnitentia bonoꝝ fideliũ pene cottidiana, de peccatis, sine quibus hæc uita nõ ducitur, pro quibus pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra. &c.

Math.6.

Distinctio.xvii.

Cui confessio facienda est.

Deniq; peccata leuia, socio cuilibet, corde contrito, sufficit cõfiteri. Grauia uero sacerdoti demũ, nisi absit & urgeat periculum. Vnde Beda ait super illud. Confitemini alterutrum peccata uestra. Coæqualibus, quotidiana & leuia, Grauia uero sacerdoti pandimus. Sed & grauia coæqualibus pandenda sunt, cũ deest sacerdos, & urget periculũ. Proinde grauia si occulta, occulte confiteantur, si autem manifesta, publica egent medicina. Quod Aug. docet per similitudinẽ eorum, qui a domino resuscitati sunt. Ait enim. In resurrectione puellæ, pauci interfuerunt qui uiderũt. Intus resuscitauit, quã intus inuenit, relictis solis Petro, Iacobo, & Ioanne, & patre & matre puellæ, in quibus significantur sacerdotes ecclesiẹ. Quos autem extra inuenit, sic resuscitauit. Flebat turba post filiũ uiduẹ. Flebat Maria & Martha supplicantes pro fratre. In quo docemur publice peccantibus nõ propriũ, sed ecclesiæ sufficere meritum.

Iaco. 5.

Math. 9.
Marci. 5.

Lucæ. 7.
Ioan. z.

DISTinctio.xviii.

Quando & quid deus dimittat & sacerdos.

Positio Cassiodori.
Psal. 31.

Dimittit autem deus peccatũ in cordis contritione ante cõfessionẽ oris, unde Prophæta. Dixi cõfitebor, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Vbi Cassiodorus ait. Magna pietas dei, quæ ad solam promissionẽ peccata dimittit. Item Augustinus. Nondũ pronunciat, & deus dimittit. Dimittit autem peccatũ hoc modo, quia debitum æternæ mortis soluit, & animam interius purgat. Tegit enim deus peccatum in pœnitente, ita ut æternaliter nõ puniat. Vnde Au-

Sup eodem psal.
De pe.dis.1. ca.magna.

gustinus. Videre dei peccata, est ad pœnã imputare ea. Auertere aũt faciẽ a peccatis, est ea ad pœnã non reseruare. ¶ De tenebris animæ.

Aug. exponẽs illum locum psa. 31. Quoꝝ tecta sũt peccata.

¶ Ecce sic dimittit peccatum, quantũ ad tenebras exteriores, quantum quoq; ad interiores dimittit, quando animã nebula peccati tenebrosam illuminat, & suæ puritati restituit. Vnde. Surge qui dormis, & in psalmo. Nebulam sicut cinerem spargit.

Ephe. 5.
Psal. 147.

¶ Quid sacerdos dimittat.

¶ Sacerdos autem dimittit in cõfessiõe peccatũ, ministerio officii, quo potest ligare & soluere. Solus eẽ sacerdos euangelicus, & ligat & soluit, id est, ligatũ uel solutũ a deo, ex officio ostendit, sicut olim legalis sacerdos contaminabat & mundabat leprosum. id est contaminatũ uel mundatũ ostendebat. Quã eẽ potestatem habebat iste in corpore. Hanc habet ille in mente. Ostendit autem solutũ, eo ipso, quod pœnæ temporali obligat, quẽ uere pœnitere arbitratur, ligatũ ostendit, si contra fecerit. Ligat etiã sacerdos, cũ pœnã temporalem imponit, soluit cum eam dimittit. Tertio etiam ligat cũ a cõmuniõe suspendit, soluit cũ cõmunioni restituit.

Leuit. 13.

¶ De clauibus ecclesiæ.

¶ Hoc autem licet sacerdoti facere ex auctoritate clauiũ ecclesiæ, q̃ sibi in ordinatione sunt traditæ, dicente Episcopo ei, qd̃ dixit dominus Petro. Quodcũq; solueris super terrã, erit solutũ & in cœlis, & quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis. Hoc est (ut Aug. ait) Ego deus, & omnis cœlestis miliciæ ordines, & omnes sctĩ in gloria mea, laudant tecũ, & confirmant, quos soluis & ligas, non dixit quos putas ligare uel soluere, sed in quos exerces opus iusticiæ & misericordiæ. Aliter aũt, uel alia opera tua in peccatores non cognosco. Hieronymus quoq; ait. Hũc locũ quidã nõ intelligentes, aliquid sumunt propter hæc uerba, de supercilio Phariseoꝝ, ut damnare innoxios, & soluere se putẽt noxios, cũ apud deum, nõ sacerdotum sententia, sed reoꝝ uita quæratur, scilicet ut eis prosit uel noceat.

Math. 16.
In li. de uera & falsa penitentia.
Sup Mathe. 16. Tibi dabo claues.

¶ De sententia pastoris.

¶ Cæterũ siue iusta siue iniusta fuerit sententia pastoris reuerẽda est, sine p̃iudicio tamen ueritatis. Interdũ enim qui foras mittitur, intus est, & foris est, qui intus etiam uidetur retineri. Hæ autẽ claues duæ sunt. s. scientia discernendi peccata, & potestas iudicandi p̃ peccatis.

Claues duæ quæ sint.

¶ Distinctio. xix.

¶ Quando hæ claues dantur, & quibus.

As aũt, Omnis qui in sacerdotem ordinatur accipit, & si enim prius habuerat scientiã discernendi, nõ tamen habebat eam

ut clauem. i. auctoritate clauigeri, ea uti nõ poterat quod solus ordi/
Obiectio. natus potest. Videtur sane, q̃ nõ omnes sacerdotes has claues habe/
ant. Ait em̃ Origenes. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imita
toribus eius. s. digne, uel imitatoribus in gradu, & si nõ in uita. Ordi/
In lib. q. ue/ nis ergo est hæc dignitas, non personæ. Quod Aug. probat exẽplo
teris & noui Cayphæ. dictũ est (inquit) de nequissimo Caypha. Hoc a semetipso
testa. non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, per quod ostendit spiri
Ioan. 11. tum gratiarum nõ personã sequi digni uel indigni, sed ordinẽ tradi/
tionis. Vt q̃uis boni meriti aliquis sit, benedicere tñ nõ possit, nisi fu
erit ordinatus.

¶ Quare dimisso a deo crimine sacerdoti sit confitendum.

¶ Sed cum in contritione deus dimittit peccatũ, Cur oportet quẽq̃
Solutio. deinceps sacerdoti. id est. ecclesiæ cõfiteri. Arbitror inter cæteras cau
sas hanc esse præcipuã. Vt per hoc sacramentũ unitatis, quę est inter
Christum & ecclesiam cõmendet. Vt sicut duo sunt in carne una, & in
uoce una. Ita & duo sunt, in confessione una. Quod nõ in ueteri testa
mento, sed nunc exigitur. Quia nunc, non tũc, hii duo sunt unum in
carne una. ¶ Hæc ponuntur a magistro Long. in Dist. xxi.

De generali ¶ Sic agenda est pœnitentia (ut supra diximus) ubi memoria est de/
cõfessione. lictorum. Sed quia delicta nemo intelligit oĩa, generaliter saltẽ ea
In quita re/ confiteri oportet, ita scilicet (ut Aug. ait) Dicit em̃. Si uero mẽte ali/
sponsiõe cõ qua ceciderint peccata, confitetur quis ueritatem deo, cũ generaliter
tra Pelagia dicit. Deus qui nosti occulta cordiũ, opera mea & delicta mea a te nõ ps.
nos. sunt abscondita, quibus ueniã largiaris. Et hęc est ueritas confitẽtis, 68.
quam diligit deus.

¶ Distinctio. xx.

¶ De hiis qui in fine pœnitent.

Eniq̃ cũ pœnitentia semper necessaria sit. Illa maxime lau/
In li. de pœ. dabilis est, quæ nõ tantum habet timorẽ, sed & libertatem.
Vnde Aug. Nullus expectet quãdo peccare nõ põt. Arbitrii
libertatem quærit pœnitentia, ut possit delere cõmissa, nõ necessita
tem, sed charitatem, non tm̃ timorẽ, quia nõ in solo timore uiuit hõ.
Illa ergo quæ in extremis agitur, nõ sic laudabilis est, quia ex timore
magis, q̃ ex charitate esse uidetur, qñ scilicet magis te peccata dimit
Aug. de pœ tunt, q̃ tu ea. Vnde Aug. Si uis agere pœnitentiã, qñ iam peccare non
nitẽtia di. 8. potes, peccata te dimittunt, nõ tu illa, Et ideo sic pœnitẽti securitas
c. si quis aũt non promittitur. Si uis ergo a dubio liberari, age pœnitentiam dum
sanus es.

¶ Distinctio. xxii.

¶ Si peccata dimissa redeant.

SOlet etiam quæri, utrũ peccata dimissa redeant iterũ peccanti, qui pęnituit. Et dicimus, quia utrumq; salua fide teneri pōt. Vtriq; enim parti quæstionis, probati fauent doctores. s. Vt uel dimissa peccata redeant, aliquo existente ingrato beneficiis. Quod euangelica parabola exprimere uidetur. Vel ut nō redeant, sed eorꝫ loco tot sint ingratitudines, quot peccata dimissa fuerant. Vnde. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, quæ tot sunt, quot sunt remissiones, tot ergo sunt & obliuiones. Math. 18.

¶ Distinctio. xxiii.

¶ De unctionibus.

NOuissime sciendũ est tria genera esse unctionis. Prima est q̃ catecumini, & neophiti ungunt̃ in pectore, & inter scapulas, ut ad Christi militiã accedẽtes, ad rectam intelligentiã, rectamq; operationẽ roborentur. Secunda est unctio infirmorꝫ, quæ ab Apostolis incępit, dicente Iacobo. Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & si in peccatis est remittunt̃ ei. Hæc autem unctio, pro uario usu ecclesiarũ iteratur, uel tantum semel præstatur. Est aũt tertia unctio cæteris reuerentior, qua caput linitur, uel pontificis uel regis, uel baptisati uel confirmati in fronte. Hæc prærogatiua exuberantis gratiæ quæ in ea confertur, chrisma dicitur, quod unctio interpretatur. Priuilegio enim habundantioris gratiæ generale nomẽ sibi uendicat propriũ. Vnde & duos liquores præcipuos admixtos habet, oleum. s. & balsamũ, quorꝫ alterũ præualet in claritate, alterum in odore. Oleo ergo gloria conscientiæ, balsamo celeberrima fama significatur. Vt qui chrismate ungunt̃, & cōscientia perspicui, & gloriosi fama existunt.

Deextremæ unctiōis sacramento. Vnctio catecuminorꝫ. Vnctio ifirmorum. An unctio extrema iteretur. Vnctio principalis. Quid oleũ significet, & balsamum. Iaco. ulti.

¶ Quid sit sacramentũ, & quid res sacramenti.

¶ In his ergo sacramentũ est unctio hominis exterioris, Res uero sacramenti, fœcunditas interioris, quæ tunc per spiritũ sanctum dat̃ nobis.

¶ Distinctio. xxiiii.

¶ De ecclesiasticis ordinibus.

NVnc de ecclesiasticis ordinibus uideamus. Assignantes, quãnam in nobis teneant, & qualiter Christus eos in semetipso gessit.

¶ Ordo quid sit.

¶ Est autem ordo signaculũ, id est, quoddã sacrum quo spiritualis potestas & officium traditur ordinato.

¶ Quot sint gradus seu ordines clericorum.

¶ Deniq; iuxta prærogatiuã septiformis spiritus, septẽ sunt hii ordines. s. Hostiarius, Lector, Exorgista, Accolitus, Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos. ¶ Quare uocentur clerici.

Isido. li. 7. ethimolog. ¶ Omnes clerici uocantur. i. sortiti, eo q̃ Mathias quẽ primũ ordinauit ecclesia, sorte electus fuit. Hanc sortem corona designat, quæ signum regale est & decoris. Vnde omnes ecclesiæ ministri reges nõ immerito dicantur (ut Petrus ait) Vos estis genus electũ, regale sacerdotium. ¶ De hostiariis.

Quid corona significet

Sacerdotes reges sunt.

1. Petri. 2.

¶ Hostiarius autem dictus est, quod præsit hostiis templi, qui in ueteri testamento Ianitor dicebat̃, positus ut custodiret templũ, ne q̃s inmundus ingrederetur in illud. Sic & nunc custodit ecclesiã, dignos recipiendo, & indignos respuendo. Vnde claues ecclesiæ ei dant̃ ab Episcopo cum ordinatur. ¶ Vbi Christus hostiarii officium exercuerit.

1. Parali. 26.

Officiũ hostiarii.

¶ Hoc autem officium dominus in semetipso impleuit, q̃ flagello uendentes & ementes de templo eiecit. ¶ De lectoribus.

Ioan. 2.

¶ Secundus ordo Lectorũ est, qui a legendo dicuntur, quia canũt & legunt in ecclesia, ut animos audientiũ ad conpunctionẽ excitẽt. Ad quos ex officio ptinet, ut Prophetias, & lectiones in ecclesia legant. Vnde codex diuinæ legis, eis cum ordinant̃, ab Episcopo tradit̃. Scientiã igitur habere debent, ut distincte quod legunt, pronunciare & exponere ualeant. ¶ Vbi Christus Lectoris officium impleuerit.

Officiũ Lectorum.

¶ Hoc etiã officiũ Christus impleuit, cũ librum Esaiæ aperiens, in medio seniorũ distincte legit. Spiritus domini super me, eo q̃ unxerit dominus me, ad euangelisandum mansuetis misit me.

Lucæ. 4. Esaiæ. 61.

¶ De Exorgistis.

Officiũ Exorgistarũ.

¶ Tertius ordo Exorgistarũ est, qui latine dicuntur increpãtes, uel adiuratores. Adiurant enim, uel increpant spiritum ĩmundũ, super catecuminos & ĩenerguminos. i. ĩefficaces. Exorgista ergo, ex officio prædictis, cum exorcismo manum debet imponere. Vnde & librũ Exorgismorũ, ab Episcopo accipit cum ordinatur.

¶ Vbi Exorgistarum officium Christus exercuerit.

Marci. 7.

¶ Hoc officio dominus usus est, q̃ aures & linguã surdi & muti tetigit & sanauit, cunq; etiã multos dæmones suo imperio fugauit.

¶ De Accolitis.

¶ Quartus ordo Accolitorum est. Qui latine dicuntur Cæroferarii, qui cæreos anteferunt, p̃cipue cum legendum est euangeliũ. Ad Accolitum ergo pertinet lumen in sacrario præparare, & portare, & suggesta pro eucharistia subdiaconis offerre. Hic cum ordinatur ab archidiacono accipit candelabrum, cũ cæreo, & urceolum uacuũ.

Officiũ Accolitorum.

¶ Vbi Christus hoc officiũ impleuerit.

¶ Hoc officium Christus impleuit, cũ dixit. Ego sum lux mũdi, qui sequitur me nõ ambulat in tenebris. Ioan.8.

¶ De subdiaconis.

¶ Quintus ordo subdiaconorũ est, Qui sic ideo uocant, quia in ministeriis subiacẽt preceptis, & officiis diaconorũ. Ad subdiaconũ ergo pertinet calicẽ, patenãq; ad altare deferre, & diaconibus tradere. Vrceolum quoq; & aquã, mantile, & manutergiũ presbyteris, & leuitis tenere, pro lauandis manibus ante altare. Vnde cũ ordinant, accipiũt ab Episcopo calicẽ, & patenã. Ab archidiacono urceolũ &c. Officiũ subdiaconorũ.

¶ Vbi Christus hoc officio usus sit.

¶ Hoc officio dominus usus est, quando linteo se præcinxit, & pedes discipulorum lauit. Ioan.13.

¶ De Diaconibus.

¶ Diaconorũ ordo sexto loco est. In quo eorum perfectio cõmendatur. Hii latine dicunt ministri, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. Ad quem pertinet, mensam domini cõponere, crucem ferre, & predicare, & agendis sacramẽtis semper assistere & ministrare, qui & Leuitę dicuntur, a tribu Leui. Quia sicut illi tribui, pro toto Israel ministeriũ templi cõmittebatur ita hiis pro tota ecclesia ministerium deputatur altaris. Hiis Episcopus manũ cum ordinantur imponit, & stolam in leuo latere, ut expediti sint ad ministrandum. Et spiritualiter quicquid ad sinistram pertinet diuino iugo se subiecturos intelligant. Dat etiam eis euangelii textum, ut illos Christi precones denunciet. Senari9 emũ nũerus pfectus. Officiũ diaconi.

¶ Vbi Christus hoc usus sit officio.

¶ Hoc officio usus est Christus quando sacramentum corporis & sanguinis discipulis dispensauit, & quando eos ad orandum cõmoniuit dicens. Vigilate & orate ut nõ intretis in tentationem. Math.26.

¶ De presbyteris.

¶ Septimus ordo Presbyterorum est, qui seniores interpretantur, non pro ætate sed dignitate. Moribus emẽ & prudentia in populo pcellere debent, sicut scriptum est. Senectus enim uenerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Istis cum ordinant episcopus manus inungit quo gratiam cõsecrationis accipiunt. Accipiunt & stolam quæ tenet uel utrũq; latus premit, ut tanquã pfectiores aduersa & pspera iugo dñi submittãt. Hoc aũt officio dñs usus ẽ, cũ panem & uinum in corpus & sanguinem suũ cõuertit, & semetipsum in ara crucis obtulit. Sap.4. Vbi Christ9 hoc sit usus officio.

¶ De nominibus dignitatum.

¶ Sunt & alia quædam nomina nō ordinū, sed dignitatū, uelut Epi scopus propterea sic dictus, quod superintēdat/curā subditorū gerēs Epi em̄ supra scopin intendere dicitur.

¶ De episcopis.

Patriarcha qs dicitur. Metropolitanus. Archiepūs. Epūs.

¶ Episcoporum autem ordo quadripartitus est. In patriarchas scili cet, Metropolitanos, Archiepiscopos, & simpliciter episcopos. Patriarcha summus patrum interpretatur. Metropolitanus uero dicit̄ a mensura ciuitatum. Archiepiscopus autem princeps episcoporum Hii omnes Pōtifices dicuntur, & summi sacerdotes nūcupant̄, hii enim cæteros sacerdotes & Leuitas efficiūt, & omnes ecclesię ordines disponūt, quæ quamdiu in ecclesiæ unitate persistunt, incūctanter facere possunt.

¶ Distinctio. xxv.

¶ De ordinatis ab hæreticis.

In li. 2. cōtra epis. ad Permenianum

Dissoluit Bandinus sentētiarū ꝓtrarietatem.

SI uero ab utero errauerūt falsaq; loquunt̄, dicit Innocētius. Gregorius. Ciprianus, & Hieronymus. Solus baptismus eorum ratus est, cætera uero falsa sunt & inania quæ administrant, equidem qui honorem ammiserunt, dare nō possunt. Per qd uidetur honor iterandus eis, qui ab hæreticis ad ecclesiam redeunt. Augustinus autem contradicere uidetur, probans ita ius dandi ordines hæreticis cōstare, sicut & baptismus, utrumq; tamē ad perniciem suam, ideoq; dare possunt quod habent, nec iterandum est redeuntibus ne fiat iniuria sacramento. Sed hæc contrarietas multis modis cōquiescit. Aut em̄ prædicti auctores de hæreticis sententia præcisis loquuntur. Augustinus uero de hiis qui tantum prauitate sui sensus a fidei puritate decurrunt. Aut prædicti de hæreticis sub alia forma sacramenta celebrantibus loquunt̄. Augustinus uero de hiis qui in celebrando formā ecclesiæ seruant. Aut prædicti ad effectum sacramentorum respexerunt, quæ illicite tractantibus inania sunt. Augusti. uero ea esse dixit uera & recta, quantum ad se, Vel prędicti de hiis hæreticis loquuntur, qui extra ecclesiam. Augustinus uero de hiis qui intra ecclesiam ordines accœperunt.

¶ De ætate ordinandorum.

¶ De ordinandis autem canones sanxerunt, ut Subdiaconus ante quatuordecim annos, Diaconus uero ante uigintiquinq; annos non ordinetur. Presbyter uero ante triginta non, etiam si ualde sit dignus.

¶ Distinctio. xxvi.

¶ De coniugio.

NVnc de coniugio uideamus, qd̃ ante omnia sacramenta in paradiso legitur institutum primis hominibus domino dicente. Crescite & multiplicamini & replete terram. Ante multiplicationem fiebat coniugium ad officium secundum preceptũ. Postea uero ad remediũ secundum indulgentiã, ut infirmitas hominis prona ad ruinam turpitudinis exciperetur honestate nuptiarum. Gen. 1.

¶ Distinctio. xxvii.

¶ Quid sit coniugium.

EST autem coniugium, Maritalis inter legittimas personas coniunctio indiuiduam uitæ consuetudinem retinẽs, quæ cũ in multis capitur uel consistit, in eo præcipue uersatur, ubi utroq; uiuente neuter eorum alii maritaliter coniungatur. 27.q.2.in princ.

¶ Quæ sint personæ legittimæ.

¶ Deniq; personæ legittimę sunt quas uotum continentiæ nõ impedit, uel sacer ordo, uel spiritualis carnalisue cognatio, uel dispar cultus uel conditio, uel naturæ frigiditas. Sed per prima quatuor penitus sunt illegittimę. Per duo uero ultima mediæ sunt. Etenim si tales ignorãter iungantur accidentibus quibusdam causis cohabitare possunt, & eisdem deficientibus separari, uelut si cognita conditio placeat, & naturæ frigiditas non abhorreatur. Nota.

¶ Quæ causa efficiat coniugium.

¶ Efficiens autem causa matrimonii est consensus, nõ de futuro sed de præsenti, per huiusmodi uerba expressus. Accipio te in uirum, & ego te in uxorem. In quo tam humana quam diuina iura concordant. Dicit enim lex. Non dotibus sed affectu matrimonia contrahuntur. Et Isidorus, Consensus facit matrimoniũ, consensus de præsenti nõ de futuro matrimoniũ efficit. Item Nicolaus papa. Sufficiat solus cõsensus secundum leges eorum de quorum coniunctionibus agitur, qui si defuerit solus cætera etiã cum ipso coitu celebrata frustrantur. Qui consensus est indiuiduæ uitæ & cõiugalis societatis inuicem seruandæ a quo nimirum coniugium initiatur, & in carnali copula perficitur. Ait enim Ambrosius. Cum initiatur coniugiũ, coniugii nomen ascisciturr. Item Isidorus. A prima fide despõsationis uerius cõiuges appellant. Qd aũt in carnali copula perficiat, ait Amb. In omni matrimonio cõiunctio intelligit spũalis, quã cõfirmat & pficit cõiunctoq; cõmixtio corporalis. Itẽ Hiero. dicit. Dñs adulteria futura i coiugiis q̃ spõsali conuentione initiant, & corporũ commixtione perficiuntur. 27.q.2.in principio. Ibidẽ c. sufficiat. In li. de uirginibus. In lib. ethimologiarũ 9.ca.8.

Gemina cõiunctio i cõiugio intelligitur.

Ex his autem intelligere licet, ꝙ coniugiũ sacramentũ sit, & sacrum signum, & sacræ rei. s. coniunctionis Christi & ecclesiæ, secundũ spiritum quantum ad initium eius, secundum carnem quantũ ad eiusdem perfectionem. Sicꝫ geminæ sacræ rei signum, cõiunctionis. s. animæ ad deum, quod signatur in desponsatione, & carnis nostræ in deum quod signatur in carnali cõmixtione, qñ. s. uir & mulier una caro efficiũtur, sicut Christus & ecclesia una caro sunt facti, in uirginis utero.

Aug. 27. q. 2. ca. non est.

Deniq; secundum illud ultimũ signum auctoritas illa loquitur. Non dubium est illam mulierem nõ pertinere ad matrimoniũ. i. (quantum ad hoc signum) cũ qua docetur non fuisse commixtio sexus.

¶ Bandinus noster, mentionẽ nullã facit de eo. An. s. Cõsensus de futuro cũ iuramẽto faciat matrimoniũ, de quo Lõgob. in. xxviii. dist. ad lõgũ disputat.

¶ Distinctio. xxix.

¶ Coactio excludit consensum coniugalium.

Aeterum ꝙ consensus iste a coactione immunis esse debet. Dicunt etiam leges. Libera debent esse matrimonia tam cõtrahendo, quã in distrahendo.

¶ Distinctio. xxx.

¶ Q̃ error matrimoniũ impediat.

Error ẽ multiplex.

ERror quoq; matrimonium impedit, quia nihil est tam contrarium consensui q̃ error qui imperitiam detegit, sed hoc de errore personæ, & conditionis intelligimus, qui omino matrimoniũ impedit, nõ de eo qui est fortunæ, uel qualitatis qui in matrimonio tolleratur.

¶ De finali causa coniugii.

Gen. 1.

¶ Finalis autem causa coniugii est principaliter proles, secundũ qd dominus ait. Crescite & multiplicamini. Secundaria uitatio fornicationis. Sunt & aliæ causæ, ut reintegratio pacis, pulchritudo uiri uel mulieris, quæstus quoq;, & diuitiarũ possessio, & alia multa quæ qs diligenter attendens facile inueniet.

¶ De coniugio uirginis & Ioseph.

¶ Secundum triplex bonũ, de quo iamstatim infra dicetur, inter uirginem & Ioseph perfectum fuit coniugiũ. Ait em̃ Augustinus. In parentibus Christi omne bonũ nuptiarũ impletũ est. Prolem em̃ cognoscimus Christum dominũ, fidem, quia nullum adulteriũ, sacramentũ quia nullum diuortium.

¶ Distinctio. xxxi.

¶ De triplici bono coniugii.

Sup Gen. ad literã. lib. 9.

Vnt deniq; tria bona cõiugii, ut Aug. ait. Fides, proles, & sacramentũ. Fides, ne cũ alio uel cũ alia coeat. Proles, ut amã/

ter suscipiatur,& religiose educetur,quæ si defuerint,est proles sine bono prolis,ut est qui heredē possessionis terrenæ uult habere,non desiderans ad hoc prolem quærere ut religiose informetur. Sed hiis duobus frequenter nuptiæ carent,quod nunquā de tertio contingit, quod est sacramentum scilicet ut coniugiū non separet.i.ut utroq; uiuente neuter unquā alii sacramentaliter coniungatur.

¶ Quid & quottuplex sit separatio matrimonii.

¶ Est autem separatio corporalis & sacramentalis.Proinde corporaliter separari possunt causa fornicationis, absq; consensu. Vel ex cōmuni consensu ad tempus causa religionis,uel usq; in finem. Igit ubi hæc tria bona sunt excusatur coitus,uel ab omni culpa si fiat causa prolis,uel a maiori si fiat causa incontinentiæ.Vnde Aug. Concubitus coniugalis generandi gratia non habet culpam, Cōcupiscētiæ uero satiandæ,sed tamē cum cōiuge,propter thori fidem, uenialem habet culpam.Cæterum deficiente fide & bono prolis, coitus qui fit causa exaturandæ libidinis coniugis, crimē habet.Vnde Sextus Pythagoricus ait in sententiis.Omnis ardentior amator proprię uxoris adulter est.

In li. de bono cōiugali

32.q.4.c. Origo.

¶ Distinctiones in magistro P.quinq; per ordinē hic obmittunt.

¶ Distinctio.xxxvii.

¶ De hiis quæ matrimoniū impediunt.

NVnc causas quæ matrimoniū impediunt repetētes,eas prolixius exequamur.Nō omnis itaq; ecclesiasticus ordo matrimoniū impedit,sed tantum sacerdotiū,diaconatus,& subdiaconatus,In aliis uero admittitur,nisi religionis habitum sumpserint, uel continētię uotum fecerint.Vnde Innocentius. Vt lex continētiæ & deo placens mundicia,in ecclesiasticis ordinibus dilatetur. Statuimus quatenus episcopi,presbyteri, diaconi & subdiaconi, professi, qui sacrum transgrediētes propositum,uxorem sibi copulare p̄sumpserint separentur.Item Ancharitana(alias Anchonitana)synodus dicit.Quicunq; diaconi de continētia interrogati iurauerint,& suscęperint manus impositionē,professi continentiā,si postea ad nuptias conuenerint,a ministerio cessare debent.

In quo ordine nequeat fieri cōiugiū.

¶ Distinctio. xxxviii.

¶ De differentia uotorum.

VOtum etiam aliud cōmune est,ut quod in baptismo omnes faciunt,aliud uero singulare,ut cum aliquis promittit spōte continentiā.Item singulare aliud est priuatum, ut quod in abscondito,uel sine solennitate fit.Aliud solenne,ut quod solen/

Singulare uotū diuiditur.

nitatem habet, quod facit prædictus ordo in clericis, bñdictio in uir/ ginibus, in uiduis religiosus habitus. Hoc autem solum matrimoniũ impedit.

¶ Distinctio.xxxix.

¶ De dispari cultu.

DIspar cultus dispar religio est, quę impedit matrimoniũ. Nõ enim licet Christiano cũ gentili uel iudeo inire cõiugiũ. Cæ/ terum si dum uterq; infidelis erat, matrimoniũ inierũt, alte/ ro ad fidem conuerso, põt stare cõiugium iuxta consilium Apostoli dicentis. Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit ha/ bitare cum ipso, nõ dimittit illam, & de muliere similiter, In quo mo/ net Apostolus, quod est lucrandi occasio, cũ liceat ei relinquere. Cau sa eẽ Fornicationis & corporalis & spiritualis dimittit licite uxor.

1. Corint. 7.

¶ Coniugium est triplex,

¶ Hic ergo sciendum qd coniugiũ aliud est legittimũ & ratum, ut quod inter fideles contrahitur, publice solennitatibus secundũ mo/ rem seruatis. Aliud est ratum & nõ legittimũ, ut quod inter eosdem clam & per nullam solennitatem contrahitur, quod ideo prohibe/ tur, ne cũ sibi displicuerint legittimi coniuges, separentur cessan/ te probatione cõiugii. Aliud est legittimũ & nõ ratum, ut qd inter infideles publica solennitate initur.

Legittimũ, & ratum.

Ratũ & nõ legittimũ.

Legittimũ & nõ ratũ.

¶ Distinctio.xl.

¶ De cognatione carnis.

COgnatio etiã quę nubẽtes impedit, alia carnis ẽ, & alia spũs, quæ carnis est, alia dicitur consanguinitas, alia affinitas. Cõ/ sanguinitas aũt nuptias impedit, usq; ad sextum uel septimũ gradũ iuxta diuersam cõputationẽ. Affinitas quoq; nuptias impedit, etqui dem uarie secũdum multa eius genera. Nã in primo genere ita impe/ dit sicut cõsanguinitas. i. ad septimũ gradum, in secũdo usq; ad quĩ/ tum, sed in quarto permittuntur. In tertio uero usq; ad secundũ.

Cõsanguinitas qualiter impediat cõiugium.

Affinitatis impedimentũ

¶ Primũ genus affinitatis. ¶ Est autem primũ genus affinitatis tibi, omnis consanguinitas tuæ uxoris, & illi tua. Secundũ genus af/ finitatis est, tibi omnis cõiunx cõsanguineoꝝ & cõsanguinearũ uxo/ ris tuæ, Sic tuoꝝ uel tuarũ coniunx illi. Tertiũ uero tibi est & uxori tuæ, cõiunx secundoꝝ affinium ultro citroq;. Sicut qui sunt primi ge neris affines, tibi & uxoris tuæ, sunt inter se secundi. Deniq; qui sunt generis affines tibi & uxori tuæ, inter se sunt tertii, Quęq; enim per/ sona addita per copulationẽ mutat genus & nõ gradum, addita ue/ ro per generationẽ mutat gradum, sed nõ genus.

Secundũ genus affinitatis.

Tertium genus affini.

¶ Distinctio.xli.

¶ De gradibus affinitatis.

VNde affinitatis gradus cõputabis sic. Vt cum tu & uxor tua, secundũ diuinã sententiã sitis una caro, & pro una etiam per sona reputamini. Ideo in quo gradu est ei suus cõsanguineus, in eodẽ est tibi, idem affinis & ecõuerso, & sic in omni affinitate numera. Affinitas autem defuncto uno coniuge nõ deletur in superstite, quia uali dum est uerbum domini, & forte quo dixit. Erunt duo in carne una. Gen. 2. Gen. 2.

¶ Distinctio. xlii.

¶ De cognatione spirituali.

SPiritualis cognatio est, quã cœleste sacramentum per mini/ steriũ inter aliquos facit, uelut inter cõpatrem & cõmatrem, & eorũ filios & filias, per quod & spiritalis proximitas inter carna/ les filios & spũales nascit, & ideo inter psonã per quã cõpaternitas contracta est, & carnales filios alterius (Vt Nicolaus papa ait) cõiu/ gium fieri nõ potest, inter cæteros autem potest, licet Paschalis inhi bere uideatur a nuptiis post cõpaternitatem genitos. Paschalis papa Regino' epo. 3. q. 4. c post uxoris

¶ An quis possit ducere duas cõmatres unã post mortem alterius.

¶ Potest etiam quis duas cõmatres habere, unã post alterã uxorem, si cõmaternitas & carnalis copula primæ nunq̃ simul fuerunt. Velut si ductam nõ cognouit, uel si dudũ cognitam & absq; recõciliatione re pudiata cõmater facta est alicuius. Quod dicit paschalis papa, & Tri buriẽse conciliũ. Cæterum si simul fuerint illa duo, nõ poterit utrasq; habere uxores, ut Nicolaus ait. Ex Triburiẽ. cõcilio. 3 q. 3. ca. illud etiam.

¶ Distinctio. xliii.

¶ De resurrectione.

POstremo de resurrectiõe, & de modo resurgentiũ uideamꝰ. Resurrectio igitur ab omnibus credi debet. Ait enim Esaias Esaiæ. 26. Resurgent mortui, & resurgent qui erant in sepulchris, Et Ioannes Ioã. 5. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocẽ filii dei & procedẽt, Fiet autẽ resurrectio in uoce tubæ. i. manifesta, quæ uim resuscitãdi habebit. Vnde propheta. Ecce dabunt uoci suæ uocẽ Psal. 67. uirtutis. Hæc deniq; tuba est clamor de quo dicitur. Media nocte cla mor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiã ei, quæ uox uel tuba di citur esse archangeli. i. Christi, quã media nocte proferet, quod nõ p hora dicitur tẽporis, sed quia tunc ueniet, qñ nõ speratur, uel pro tẽ/ pore dicit, ait em̃ Cassiodorus. Hoc tẽpore primogenita Aegypti p cussa sunt, quãdo & sponsus uenturus est. Hoc quoq; tẽpus dies dñi dicitur, nõ pro tẽporis qualitate, sed quia tunc singulorũ occulta pa/ tebunt. Vnde Daniel. Vetustus dierũ sedit, & libri. i. cõsciẽtiæ singu/ Daniel. 7.

Ma th. 25. Quid sit tuba extremi Iudicii. 1. Thessa. 4. Sup Octona riũ exo. 12.

lorum aperti sunt coram eo.

¶ Distinctio.xliiii.

¶ De ætate & statura resurgentium.

Eph.4. In li.de ciui. dei. zz.c.14.

REsurget autem omnis homo secundum ætatem Christi, ut Apostolus ait. Occurremus omnes in uirum perfectũ in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Nõ (ait Aug.) in mensuram corporis uel staturæ, sed ætatis, quia quisq; recipiet suã mẽsurã, quã uel habuit in iuuentute, si senex etiã obiit, uel fuerat habiturus si est ante defunctus. In resurgentibus aũt admirabili celeritate, restitu et Christus totum quo corpus eorũ cõstiterat, nec aliqd intererit utrũ capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues, an quicquid eorũ perierat mutetur in carnẽ, & in partes alias corporis reuocetur suscitatore prouidente, ne quid ibi indecẽs fiat. Indecorum quippe ibi aliqd nõ erit, quod de electis intelligendũ est. Cæterũ impii si cum uiciis suorum corporũ & deformitatibus resurgant, in requirendo labore qd opus est, non eũ fatigare nos debet incerta eorũ habitudo, uel pulchritudo, quorũ erit certa & sempiterna damnatio.

Impii qualiter resurgẽt

¶ Distinctio.xlv.

¶ De suffragiis defunctorũ.

Quatuor ordines defunctorum.

INterim tamen antequã resurrectio fiat uideamus quid beneficia in ecclesia pro defunctis facta prosint. Defunctorũ igit̃ quatuor ordines sunt. Quidã enim sunt ualde boni, quidam ualde mali, quidã mediocriter boni, quidã mediocriter mali. Cũ ergo sacrificia uel oblationes pro eis fiunt, pro ualde bonis gratiarũactiones sunt, pro ualde malis, etiã si nulla eorũ adiumenta sint, tamẽ quales cunq; uiuorũ cõsolationes sunt. Duobus autem aliis ordinibus p̃sunt, mediocriter quidem bonis, ad hoc ut sit eis pœnæ remissio, mediocriter uero malis ad hoc ut tollerabilior sit eorum damnatio.

¶ Si ualde malis detur mitigatio pœnæ in magistro P. Dist.xlvi. Hic deest.

¶ Distinctio.xlvii.

¶ De ordine eorũ qui iudicandi sunt.

Math.25. Ioan.3. Math.25. Math.19.

ERunt autem ibi quatuor ordines eorũ qui iudicio aderunt. Alii em̃ iudicabunt̃ & peribunt, ut quibus dicitur. Esuriui & nõ dedistis mihi manducare &c. Alii autem nõ iudicabuntur & tamẽ peribunt, uelut quibus dñs ait. Qui nõ credit iam iudicat⁹ est. Alii iudicabunt̃ & regnabũt, ut illi qui audient. Esuriui & dedistis mihi manducare. Alii nõ iudicabunt̃ & regnabunt, ut illi quibus dom̃in⁹ ait. Sedebitis & uos super sedes iudicantes.xii.tribus Israel. Qd̃ non tantum ad Apostolos dictum esse intelligendũ est, sed ad omnes q

apostolicam

Apostolicam perfectionē adepti, relictis omnibus secuti sunt Christum. Iudicabunt uero isti & cōparatiōe melioris facti & potestate iudicii. Vnde gladii ancipites in manibus eorū. i. sentētia de bonis & de malis in potestate eorū. Sed quæ ibi dicēda credunt uoce ne pferant, an tantū uirtute iudicis effectū accipiant. De nulla auctoritate apte diffinitum existit. Psal. 149.

¶ Distinctio. xlviii.

¶ De loco iudicii & sententia.

LOcus autem iudicii, sicut super Iohel prophetā auctoritas dicit, erit in spacio huius aeris contra montē Olueti, unde ascendit. Vbi iudicabit dominus in forma serui clarificata, apparens tam bonis q̄ malis. Vñ Aug. Cū in forma serui clarificata iudicantem uiderint boni & mali, tolletur impius ne uideat gloriā dei, & tunc signū crucis angeli deferent ante eum, ut ipse dicit. Tunc apparebit signum filii hominis in cœlo. Iohelis. z. De forma iudicis. Sup Ioā. de Tri. li. 1. c. 16 &. 17. sentētialiter. Crux apparebit Math. z4.

¶ Distinctio. xlix.

¶ De differentia mansionū in cœlo & in inferno.

CAeterū impii diuersis pœnis torquebunt. Pii uero in claritate cognitionis different, quia in domo patris mei mansiōes multæ sunt. Par autem erit gaudiū omniū, uel quia quisq̄ gaudebit de bono alterius quasi de proprio, uel quia de omni re, unde gaudebit unus omnes gaudebunt, ita ut paritas nō ad intensionē gaudendi, sed ad numerum rerū de quibus gaudent referatur. Ioan. 14. De paritate gaudii.

¶ Distinctio. L.

¶ De uisione bonorū & malorum.

OStremo sciendum quod sancti tradūt, quia usq̄ ad iudiciū boni & mali se mutuo uident. Post iudicium uero boni uidebunt malos, sed mali non uidebūt bonos. Vnde Gregorius. Infideles in imo positi ante diem iudicii, fideles in requie attendūt, quorū gaudia post contemplari nō possunt. Esaias etiā dicit. Egredientur electi & uidebunt cadauera uiuorū, qui præuaricati sunt in me, Et Psalmista. Letabitur iustus cū uiderit uindictam. Cuius leticiæ nos dominus consortes efficiat. Amen. Sup Lu. c. 16 Esaiæ ult. Psal. 57.

¶ Finis Quarti Sententiarū Bandini.

Tabula in Cōpendiosi Doctoris Bandini sententias, Quattuor librorum Hypotheses summatim cōplectēs, secundū ordinē alphabethicū, quo facilius quæsita inueniantur. A Myllio cōcinnata sequitur.

A

Accidentia in sacramento altaris quomodo sint & ubi maneant. fol. 61
Accoliti qui dicanē & quali funganē officio. 64
Accolitorꝫ officio ubi Christus usus sit. 65
Actus an a fine pensitari debeant 47
Adam qua ætate & ubi creatus sit 36
Adam quare prius & non simul Aeua creata sit, folio 36
Adæ immortalitas ante pctm̄ unde fuerit. eodē
Adam & Eua in quo fuerint seducti 38
Adam an ambierit esse ut deus. eodem
Adam minus peccauit q̄ mulier. eodem
Aequalis & similis an dicanē de deo relatiue uel secundū substantiam. 18
Aequalitas attribuitur filio 19
Affinitas quando impediat matrimoniū 67
Affinitatis tres gradus eodē.&.68
Alia est persona quid denotet in diuinis 15
Alieni qui dicantur. 55
Amicos & inimicos diligere utrum eorum sit melius. folio 55
Angelica natura describitur. 28
Angelus quando sit creatus. eodem
Angelus ubi sit creatus. 29
Angeli quales fuerint facti. 29
Angeli quattuor beneficijs sunt creati eodem
Angeli non sunt creati æquales. eodem
Angeli quibus differant eodem
Angeli an boni uel mali sint creati eodem
Angeli sunt corporei eodē &.31
Angeli utrum sint facti beati. 30
Angeli qualiter sint alij cōuersi & cōfirmati, alij auersi & lapsi. eodem
Angelos conuerti & auerti a deo quid sit eodē
Angelis auersis an sit imputandum eodē
Angeli boni an meruerint beatitudinē eodem
Angeli quomodo ceciderunt. eodem
Angeli mali cottidie descendūt ad infernū eo.
Angeli boni uelle male, & mali bene nequeūt. 31
Angeli boni confirmati arbitriū liberius habēt q̄ ante. folio 31
Angeli angelis præferri solent. eodem
Angeli an habeant corpora, folio 31
Angelorꝫ nouem sunt ordines 32
Angelicus ordo quid sit. eodem
Angelorꝫ decimus ordo hoibus cōplebit eodē
Angelorꝫ singuli ordines qualiter a donis gratiarum nominātur, & an ita a creatione distincti fuerunt, folio 32
Angelorꝫ quot manserunt tot hominū saluandi sunt. folio eodem
Angeli boni ad exteriora nuncianda qualiter mittantur, folio eodem
Angelus a natiuitate unicuiq; homini ad custodiam deputatur. 33
Angelus unus an pluribus uel uni tantū deputetur homini. 33
Angeli an proficiāt in merito uel premio eo.
Angelus bonus non potest peccare 51
Angeli obligantur charitatis præcepto 54
Anima quomodo sit imago trinitatis. 3
Animæ potentiæ qualiter omnis capianē a singulis, folio 3
Anima mori potest, folio 7
Anima humana multiplex est nō simplex eo.
Animæ quantitas. 35
Anima nō est facta de substantia dei. eodē
Animæ adæ creatio. eodem
Anima non est ex traduce. 36
Anima munda quare iungaē corpori. 28.&.44.
Anima Christi an sciat omnia quæ deus. 51
Anima utrum ante baptismum talis sit qualis creata extitit. folio 44
Animæ an sint æquales ex creatione in donis naturalibus, folio 44
Animalia & reptilia terrę qm̄ sint creata. 35
Aquæ qm̄ & ubi sint cōgregatę in unū locū. 34
Arbitrij libertas quid sit. 39
Archiepiscopus quis dicatur. 65
Arrius patrem fuisse ante filiū ponit. 7
Auaricia quid sit. 37

B

Baptismus quid sit & de eius forma. 58
Baptismus Ioannis quid cōtulerit, eo.
Baptisati a Ioanne an fuerant rebaptisandi, folio 58
Baptisari an posit in unius personæ nominatione. folio 58
Baptismus ubi fuerit institutus. 59
Baptismus quare in aqua tantū fiat eodē
Baptismatis immersio quoties fieri debeat. eo.
Baptismi effectus est triplex. eodem
Baptismus cū fide acceptus quid cōferat. eo.
Baptismus aliqm̄ precedit, aliqm̄ sequitur, aliqm̄ cōcomitatur remissionē peccatorꝫ. eodē
Baptismus æque bonus est & bono & malo, datus a bono uel malo. 60

Baptisare quibus liceat, eodem
Benedictio septimæ diei quæ sit, 35
Bona quorꝫ deus causa est an sint necessitate bona. 22
Bonitatem rerum creatarū secundæ diei tacuit deus. 34
Bonorꝫ triplex est genus, 41
Bona res est prima origo actualis peccati, 45
Bonū est multipliciter dictum, 47

C

CHaritas deus dicitur, nō causaliter. 11
Charitas an nō habēti detur. 12
Charitas an augeatur uel minuat, eo.
Charitatē qdā cōtendūt nō eē deū. eo.
Charitas quid sit, 54
Charitatis duo sunt præcepta, eodem
Charitatis præcepto angeli obligant, eodem
Charitas debet esse ordinata, eodem
Charitate una diligit deus & proximus, eodē
Charitas semel habita an amittatur, 55
Charitas quomō dicatur nō euacuari, eodē
Charitas quare post fidē & spē ponat, eodē
Caro a uerbo assumpta qualis ante fuerit, & q̄lis assumpta est, 49
Caro Christi an fuerit peccatrix in matre, eodē
Circumcisio quid sit, 58
Circumcisio quare sit instituta, eodem
Circumcisio quare fiat in carne preputij & octauo die, atq; petrino cultello. eo.
Circumcisio mutata est in baptismū, eo.
Claritas beata quid sit, 30
Claues ecclesiæ quid efficiant, 63
Claues ecclesiæ duæ sunt. eodem
Claues ecclesiæ quando dantur & quibus. eo
Clerici nomē unde dicatur, 64
Coactio excludit consensum coniugaliū. 66
Cœlestis creatura mori potuit. 7
Cognatio carnis quid sit. 67
Cognatio spiritualis quid. 68
Cōmatres duas unā post fata alterius an liceat ducere, 68
Confessio de uno peccato an ualeat tacitis cæteris. 62
Confitenti quæ sint attendenda. eodem
Confessio noti est diuidenda. eodem
Confessio cui sit facienda. 62
Confitentibus quando & quid deus dimittat, & sacerdos, eodem
Confessio generalis, quid uigoris habeat. 63
Concordia attribuitur spirituisancto 19
Concupiscentia quid dicat, 43
Coniugiū quid sit, & ubi institutū. 66
Coniugiū qualiter firmetur, eodē
Coniunctio gemina est in coniugio. eodē
Coniugij causa finalis quæ sit. eodē
Cōiugiū Mariæ & Ioseph. eodem
Coniugiū bonū triplex est. eodem
Coniugiū quis ordo prohibeat. 67
Coniugiū est triplex. eodem
Consanguinitas impedit coniugiū. eodem
Conuersio panis in corpus christi. 60
Conuerti ad deū & auerti quid sit, 30
Corona clerici quid significet. 64
Corpus hominis immortale erit post resurrectionē 30
Corpus Christi sub alia specie sumitur & sub duplici, 61
Corpus Christi in omni altari est. 60
Creator potest cognosci per creaturā, 3
Creata & increata trinitas differunt. eod
Creatura quælibet mutabilitati subiacet. 7
Creatura spūalis multiplex est nō simplex. eod.
Creator & creare quid. 28
Crimine dimisso a deo, adhuc confitendum est sacerdoti, 63
Christus conceptus & natus est de spir.s. 49
Christus qualiter fuerit prædestinatus. 50
Christus nō est aliqd secundū q̄ homo eodem
Christi humanitas qualiter adoret. eodē
Christus an sit creatura uel factus 51
Christus an peccare potuit, eodem
Christus qualiter in sapiētia profecerit. eodem
Christus nō habuit omnipotentiā dei. eodem
Christus defectus nostros suscœpit. 52
Christus an habuerit necessitatem patiendi. 52
Christus an sibi meruerit. eodem
Christus an post mortem fuerit beatior. eodem
Christus quid meruit nobis. eodē
Christus quare isto modo nos liberare uoluit cum & alio modo potuisset. 53
Christus an habuerit fidem & spem. eodem
Christus quomō dilexerit. 55
Crux christi apparebit in die iudicij. 69
Cultus dispar quid sit. 67

D

DEus an dicat frui nobis. 1
Deus utitur nobis. eodem
Deus cognoscitur tribus modis. 3
Deus an se genuerit. 4
Deus utrum nolens uel uolēs sit deus. 5
Deus, & est, in diuersis locis posita, diuersa significant. 6
Deus fuit ab æterno, fuit semper, & erit in sæcula. folio. eodem
Deus incōmutabilis est. eodem
Deus multipliciter dicit. 7
Deus ipse dat hoibus, nō solū dona eius. 10
Deus notior est fratre. 11
Deus charitas, non dicit causaliter. eodē
Deus dicitur precium. 18

Deus quomodo sit in rebus & locis corporalibus. 21
Deus inhabitat quosdam eum non cognoscentes, eodem
Deus qualiter sit in omnibus generaliter, & in sanctis. eodem
Deus qualiter sit in Christo, eodem
Deus est ubiq; nec coinquinabit sordibus. eod.
Deus nō mutatur per loca & tempora, 21
Deus an incipiat aliquid scire, 22
Deus semper scit quæ semel scit. 24
Deus potest plura quā uelit. eodē
Deus an meliora facere possit q̄ fecit. 25
Deus an modo possit quod olim. eodem
Deus scit uel uult quomodo intelligit. eodē
Deus nō semper uult fieri uel caueri quod præcipit. 26.&.27
Deus ab homine & angelo differt. 28
Deus quomodo dicitur quieuisse. 35
Deus non dicitur formasse corporeis instrumētis. eodem
Deus est homo, quomodo intelligat 50
Deus qua ratione dicatur passus. 43
Dæmones semel uicti a sanctis non amplius accedunt ad alios. 31
Dæmonū scientia. eodem
Dæmoni quare sit data tanta & scientia & potestas. eodem
Dæmonū potestas est modo restricta. eodem
Dæmones an possint cor humanū implere substantialiter. 32
Dæmon quare in aliena forma tentauit. 37
Desperatio quid sit. 48
Diaconi qui sint & de eorū officio. 65
Diaconorū officiū qñ Christus exercuerit. 65
Dies quot modis accipitur. 34
Diligibiliū quatuor sunt genera. 54
Dilectionis ordo. 54.&.55.
Diligi debent etiā inimici. 55
Diligere amicos & inimicos utrū sit melius. 55
Dilectio Christi qualis fuerit, eod.
Dilectio fraterna nec pater est nec filius sed tm̄ spiritussanctus. 11
Dilectio fraterna est spiritussanctus. 11
Distinctas & discretas personas esse in diuinis, folio. 15
Dispositio dei quid sit, 20
Diuina natura an debeat dici nata de uirgine, folio. 50
Dona spiritussancti sunt septem. 55
Donum & donatū differunt. 12
Donū dicit spiritussanctus & donatū eo.
Donū dei propriæ dicitur spiritus. 17
Duo quid dicat in diuinis, 15

E

Elatio in animo hominis an casum eius præcesserit, 38
Elatio Adæ & Euæ quæ fuerit. eodem
Episcoporū ordo, 65
Error impedit matrimoniū. 66
Essentia diuina an genuit filium uel essentiam, folio. 4
Essentia diuina nō est genita a patre. eodem
Essentia diuina nō genuit filiū nec essentiā, eo
Essentiæ diuinæ ueritas. 6
Esse, deo nō est accidens. eodem
Essentia uel substantia dei nō capit accidēs. 7
Essentia diuina simplex est. 7
Esse patrem in filio & econtra quomodo intelligitur. 13
Eucharistiæ sacramentū quid sit, & de eius institutione atq; forma. 60
Eucharistiæ sacramentū tria diuersa cōtinet. eo
Eucharistiæ manducatio est duplex. eodem
Eucharistiæ cōuersio & cōsecratio q̄liter fit. eo
Eucharistiæ partes quid significent 61
Eucharistiæ sacramentū, q̄re fuerit institutū. eo
Ex ipso & de ipso qualiter differant. 21
Exorgistarum nomen & officium. 64
Exorgistarū officio ubi Christus usus sit. eodē

F

Facere dei quid sit. 28
Fides trinitatis quid sit, 1
Fides ex uoluntate uidetur pcedere. 40
Fides nō ex hoīe sed ex deo est. 41
Fides quid sit, 53
Fides antiquorū qualis fuerit, 54
Fides maiorū & simpliciū, eodem
Fides & spes differunt, eodem
Fides solū rerū est ad religionē ptinentium. eo.
Fides spes atq; sciētia euacuabunt, 55
Filius an fuerit genitus de substantia seu natura patris, 5
Filius an poterit generare, eodem
Filius potuit generare sed nō oportuit. eodem
Filiū nō posse generare probat, 6
Filius qualiter haberet potentiā gñandi. eodem
Filius coeternus est patri, 8
Filius an semper gignatur, uel semper sit genitus. 8
Filij generatio est ineffabilis. eodē
Filium semper generari probat Origenes, eodē.
Filij processio a patre, 9
Filius mittitur a patre, 10
Filius mittitur a seipso & a spiritusancto, eodē
Filius mittitur duobus modis. eodem
Filius secundū humanitatem minor est patre, & filio & spiritusancto, atq; seipso, 11
Filius nō est minor patre, & tamen pater maior est filio, 11

Filius propter naturã creatã in qua apparuit minor patre dicit,& q̃re nõ spi.s.similiter. eo.
Filius quare dicat noster, 13
Filius omnia quæ ab æterno habet nascẽdo habet, 13
Filius an sit sapiens sapiẽtia genita, 19
Filius dicitur sapiẽtia & uirtus dei, eodem
Filius an a se uel per se dicit sapiens, eodem
Filius distincte dicit sapiens, 20
Filius quare carnẽ assumpsit nõ pater uel spiritusanctus, 48
Filius accepit totã humanã naturã, eodẽ
Firmamentũ de qua materia sit, & cur ita dicatur, 34
Fraterna dilectio dicitur spiritusanctus, 11
Fratre deus notior est, eodem
Fraterna dilectio nec pater est nec filius, eodem
Frui quid sit, 1
Fruuntur res aliquæ,aliq; utuntur,aliæ utuntur & fruuntur, 1
Fruendum an sit hominibus, eodem
Fruimur solũ uita beata, eodem
Frui nobis,an dicatur deus, eodem
Fruendũ an sit uirtutibus, eodem
Fuit deus ab æterno, 8
Futura an sint causa dei, 22
Furtum an commiserint filij Israhel spoliando Aegyptum, 56

G

Generare an potuit filius, 5
Generare filiũ nõ posse probat 6
Generandi potentiam qualiter habeat filius. 6
Generatio in diuinis utrũ intelligi possit, 8
Generatio in diuinis quõ intelligenda sit, 4
Genita utrũ sit diuina essentia, 4
Gignere an deus dicat seipsum, eodem
Gladius flammeus quis fuerit, 43
Gratia operans & cooperans, 40
Gratia uoluntatẽ præcedens quę sit, eodem
Gratia nõ est sed facit meritum, 41
Gratia operans ante peccatum necessaria fuit, 42
Gradus quibus deuenitur ad dei iustificationem. 41
Græci ponũt.ss.a filio nõ procedere, 8
Græcorũ testimonio probat spiritum sanctum a patre filioq; procedere, 9
Gula quid sit, 37

H

Habitus sunt quatuor species, 50
Hæresis Pelagianorũ, 42
Homo bona uoluntate aliquãdo aliud uult,quã deus,& aliquando mala idem quod deus bona 27
Homine utitur deus, 1
Homines utuntur seinuicem, eodem
Homine an fruatur deus, eodem
Homines sancti an dare possint spiritum sanctum, 10
Homines iuxta numerũ angelorũ stantiũ saluabuntur, 32
Hominis creatio, 35
Homo quõ & qualis factus sit, eodem
Homo dicitur imago & ad imaginẽ dei, eod.
Homo qualiter inductus fuerit in paradisum, folio 36
Hominis status quo ad corpus & animã ante lapsum qualis fuerit, 36
Homo qualiter fuisset translatus in meliorem statum, 37
Homo quare nõ fuit factus melior, 39
Homines malos quare deus creauit, eodem
Homo impeccabilis nõ fuit creatus, eodem
Homo quõ de creatore sciẽtiam habuit,eodem
Homo ante lapsum triplicẽ scientiã habuit, eo.
Homo utrũ sui casus fuerit pscius, eodem
Hominis gratia & potẽtia ante casum, eodem
Homo quale adiutoriũ persistendi in creatiõe habuerit. eodem
Homo an uirtutes ante peccatũ habuerit. 42
Hominũ quatuor sunt status, 52
Hostiarius quid sit & de eius officio. 64
Hostiarii officiũ ubi Christus exercuit, eodem

I

Ignorantia quid, 37
Ignorantia est triplex. 38
Imago quid sit. 17
Imago trinitatis quõ est in anima. 1
Imago & similitudo in quibus cõsideratur. 35
Incarnationis opus attribuitur spiritui s. 49
Incõmutabilis est Deus. 6
Ingenitus quid dicat in diuinis. 17
Inimici quõ debeant diligi. 55
Impii qualiter resurgent. 68
Ingenitus diuersimode usurpatur. 9
Integritas quid sit. 30
Intentio de trinitate scribentiũ quæ fuerit. 1
Ioannes unde dictus sit Baptista. 58
Ira dei quid dicitur. 26
Iudei in tradendo Christũ an bonũ fecerint. 53
Iudicii extremi locus & sententia. 69
Iudicis forma. eodem
Iurare quid sit. 57
Iuratio incauta peccatũ est. eodem
Iurare calliditate uerborũ quid ualeat. eodem
Iuramentũ falsum sciẽter exigẽs homicida ẽ. 57
Iusiurandũ habet tres comites. eodẽ
Iusticia quid sit. 7

L

LEctores qui dicãtur & de eorum officio.folio 64
Lectoris officio ubi Christus usus sit, folio eodem
Legitimæ personæ quæ dicanť. 66
Liberum arbitriũ quid sit & ubi. 39
Liberũ arbitrium est in Deo. eodẽ
Liberi arbitrij quadriptitus status. 40
Libertas triplex. eodem
Libertas arbitrij liberi est inæqualis eodẽ
Liberum arbitriũ ad quæ pertineat, eodẽ
Liberum arbitriũ in quibus bonis sit. 41
Liberi arbitrij hominis lapsi gratia circũscripta potestas quid sit. 42
Lignum uitæ & lignum scientiæ boni & mali quid sit. 36
Locus & locale quid 22
Locus Iudicij, 69
Luciferi dicto opponitur, 29
Lucifer fuit celsior alijs cadentibus. 30
Lux in creatione mundi qualis fuerit & ubi facta sit. 34

M

MAla esse an uelit Deus. 26
Mala uoluntas fuit secũdaria causa malorum. 45
Malum in qua re sit, eodem
Mansionũ in cœlo & in inferno differentias describit. 69
Matrimonij separatio qd & quottuplex sit, 67
Matrimonium quid impediat. 67
Materia confusa ubi adesse prodijt. 33
Materia confusa quantũ in altitudine ascenderit,folio 33
Mala an debeant dici esse in Deo. 21
Mendacium quid sit. 57
Mendacium an semper sit peccatũ. eodẽ
Mendacium est triplex. eodẽ
Mendacium Iacob an excusetur. eodem
Meritũ in homine qualiter constituať 41
Metropolitanus quis sit. 65
Missio filij fit duobus modis. 10
Missio spiritussancti est duplex, 10.&.11
Mittiť filius a patre,a seipso,& spũsctõ 10
Mittitur spiritussanctus ut detur nobis. 11
Mori potuit etiam creatura cœlestis. 7
Mors christi opus fuit & trinitatis & iudeorũ. 53
Mors animæ. 7
Moram inter lapsum & confirmationẽ angelorum describit. 29
Mulieris formatio. 36
Mulier facta est de latere uiri eodem
Mulier facta est de uiro dormienti, eodem
Mutabilis est omnis creatura. 7
Mutari per tempus & locum quid. 21

N

NAtura deus,nõ uolũtate aut necessitate genuit filium. 5
Natura dei an oia complectať 25
Natura & gratia quid. 43
Natura assumpsit naturam. 49
Natura dei nõ diciť esse facta caro. eodẽ
Nomina de deo usurpata. 14
Nomina quot modis de deo dicanť. eo.
Nominibus substãtialibus in diuinis in specialí, folio eodem
Nomina hypostases cum relationibus significantia,folio 17
Nomina relationes tantũ significãtia, eodem
Nomina determinationes tantũ eodem
Nomina illa, Deus & lumen & huiusmodi,an secũdm substantiã dicanť eodem
Nomina quæ relatiue dicunť ex tẽpore 18
Nomina translatiue de deo dicta 20
Nomina dignitatum. 65
Numeri differentiã ponit. 15
Numerales dictiones q̃liter de deo dicunť, eo.
Numerus electorũ nõ põt augeri uel minui. 23

O

OBdurationis & misericordiæ dei meritum quid sit, 23
Obstinatio quid sit, 48
Omnipotentia dei describitur, 23
Omnia inquantum sunt bona sunt. 46
Opera sex dierum creationis mundi 24
Operationis diuinæ quattuor sunt modi, 33
Opus primæ diei creationis mundi, 34
Opus secundæ diei, eodem
Opus tertiæ diei. 34
Opus quartæ diei, eodem
Opus quintæ diei. 35
Opus sextæ diei. eodem
Opus creationis deus die septima cõpleuit. 35
Opera qñ sint bona uel mala, 47
Ordines ecclesiastici qui sunt, 64
Ordo quid sit. eodem
Ordines seu gradus clericorũ quot sint. eodem
Ordinati ab hęreticis. 65
Ordinandi cuius ætatis esse debeant. eodem
Ordines quatuor defunctorum, 68
Ordo iudicandorũ eodem
Ordo quis seruãdus est cũ de trinitate agiť. 2
Originale culpam esse & pœnam. 43
Originale peccatũ diciť fomes peccati. eodem
Originale peccatũ quõ a patribus trãseat. 43
Orig.peccati causa,an sit pœna uel culpa. eodẽ
Orig. peccatũ uoluntariũ & necessariũ est, 44
Orig.peccatũ quõ remittať in baptismo. eodẽ
Originale peccatum per quid deleatur. 58

P

Paradiſus utrũ ſit corporeus. 36
Paradiſiacũ deſcribit locum. eodẽ
Parẽtes primi ante peccatum an cibo indiguiſsent. 37
Parẽtes primi quare in paradiſo nõ coierit. 37
Parentes primi ubi genuerint. eodem
Parẽtes primi q̃liter ante peccatũ genuiſsẽt. 37
Paren.pri.q̃les ante peccatũ filios ,pcreaſsẽt. eo.
Parentes mundi quõ gñant filios ĩmũdos. 44
Paſsio Chriſti an debeat placere uiris bonis,27
Paſsiones ſanctorũ an uelle debeamus, eodem
Pater an genuerit diuinã eſsentiã,uel eſsentia filium,uel eſsentia eſsentiã, 4
Pater an de ſua natura genuit filiũ, 5
Pater an uolẽs uel nolens ſit deus. eodem
Pater an uolũtate uel neceſsitate genuit filiũ. eo.
Pater mittit filiũ, 10
Pater maior eſt filio,nec tñ filius minor eſt patre. 11
Pater eſt in filio & econtra. 13
Pater dicit principiũ ad filiũ & filius ad ſp.s.18
Pater & filius notõe eadẽ ſunt principium ſpiritusſancti. eodem
Pater & filius an ſpiritu s.ſe diligãt. 19
Pater an ſit ſapiens ſapiẽtia a ſe genita. eodem
Pater diſtincte dicit potens, 20
Pater dicitur operari per uerbũ, 34
Patriarcha quis dicat. 65
Peccãs ſtatim duo cõſequit.ſ.dilectionẽ & odium, 24
Peccatum hominis, 38
Peccatũ Adæ oẽs fecit reos, 43
Peccatũ originale quid, eodem
Peccatũ eſse in carne dicit propter carnis corruptionem. eodem
Peccatum quõ per traducem tranſeat eodem
Peccata Adæ non aliorũ parentum filiis imputantur, 44
Peccatũ actuale Adę an ſit grauius cæteris, 45
Peccatũ actuale qd ſit & de eius cauſalitate, eo.
Peccati actualis origo quæ fuerit, eodem
Peccatũ quid & in quo eſt, eodem
Peccata ſunt uaria, eodem
Peccatorũ deus nõ eſt author. 46
Peccatũ & delictũ differunt. 47
Peccatũ in ſpiritum ſanctum quid, eodẽ
Peccatũ nõ remitti quid ſit, 48
Peccare in patrẽ,filiũ & ſpiritũ s. quid, eodem
Peccatũ ueniale quid ſit, eodem
Peccata uenialia quid deleat, eodem
Peccandi potentia an ſit a deo, eodem
Peccata dimiſsa an redeant, 64
Perſonarũ in diuinis diſtinctio, 7
Perſonarum in diuinis qualitas, 13
Perſona una ĩ diuinis nõ eſt maior alia,nec tres ſimul una, 13
Perſona in diuinis quid ſignificet 14
Perſonas tres quas latini neceſsitate ducti uocant,græci Hypoſtaſes, 14
Perſonæ tres dicuntur unus deus,uel una eſsentia. 15
Perſonæ differunt numero. 15
Perſonæ pluraliter quid ſignificet, 16
Perſona tripliciter dicit, eodem
Perſona alia hæc,alia illa quid ſit, eodem
Perſonarũ proprietates, eodem
Perſonarũ propria ſecundũ Hilarium. 18
Perſonarũ propria ſecundũ Auguſtinũ 19
Perſona naturã aſsumpſit, 49
Perſona nõ fuit aſsumpta, eodem
Periuriũ quid ſit, 57
Perditionis humanæ ordo & progreſsus 37
Perfectio quot modis dicitur, 30
Perfectio ſumma quid, eodem
Prędeſtinatio dei quid ſit, 20
Prędeſtinatio & reprobatio dei, 23
Prædeſtinatus an põt damnari uel reprobatus ſaluari, 23
Prædeſtinatio conſiderat circa duo, & de eius effectu, eodem
Preſcientia dei quid ſit, 20
Precepta dei ſunt decem, 56
Præcepta primæ tabulæ & ſecundę, eodem
Presbiterorũ officiũ quid ſit, 65
Presbiterorũ officiũ ubi Chriſtus exercuerit.eo.
Predicamentorũ legibus deus nõ ſubiicit, 7
Proceſsio ſpiritusſancti, 8.&.9
Proceſsio filii a patre. 9
Proceſsio gemina ſpiritusſancti, 10
Propriũ dei eſt ſemper deũ eſse, 6
Propriũ quid ſit patri & filio, 8
Proprietates eaſdem
Profeſsionẽ & operationẽ dei deſcribit, 26
Prouidentia dei quid ſit, 20
Principiũ quid ſit, 17
Principiũ eſt pater, filius, & ſpiritusſãctus, tamen differenter, eodem
Principiũ eſse quid ſit, 18
Principiũ unũ eſt nõ plura, eodẽ.&.28
Principia rerũ quę ponãt Plat.& Ariſt. 28
Prudentia quid ſit, 7
Pœnitentia quid ſit, 61
Pœnitere quid, eodem
Pœnitentia ſolennis & nõ ſolẽnis, eodem
Pœnitentia in ſe tria cõtinet. 62
Pœnitentiæ tres ſunt actiones, eodem
Pœnitentia quæ in fine fit, 63
Potentiæ animæ omnes quodammodo capiuntur a ſingulis, 3
Potentiæ animæ quomodo dicant unũ, eodẽ

Potentiæ animæ ſubſtantialiter in ipſa anima exiſtunt. eodem
Potentia eadē eſt patris & filij. 6
Potentiā generandi quō habeat filius. eodem
Potentia dei deus eſt. 13
Potentia dei circa duo cōſideratur. 24

Q

QVAlitatem triū perſonarum deſcribit. 13

R

RAtionabilis creatura diſtinguitur. 28
Rationabilis creatura quare & ad qd facta eſt. eodem
Res quid ſignificent 1
Rerum aliæ ſunt fruendæ, aliæ utendæ, aliq̄ fruendę & utendę. 1
Reprobatio conſideratur circa duo & de eius effectū. 23
Reſurrectio mortuorū 68
Reſurgentiū modus. eodem
Reſurgentiū ætas & ſtatura. eodem

S

SAbelliani nominū trinitatem, nō perſonarum ſubſiſtentiā poſuerunt. 7
Sacramentū quid ſit. 58
Sacramenta ueteris & nouæ legis differunt. eodem
Sacramenta quare ſint inſtituta. eodem
Sacramentū altaris qui conficiant. 61
Sacrificiū altaris quare dicatur īmolatio. eodē
Sacerdos quid in confeſsione dimittat. 63
Sacerdotes reges ſunt. 64
Sancti nō dicunt modo credere uel ſperare. 54.
Satisfactio an debeat imponi huic peccato ſine alijs. 62
Sapientia quid ſit. 7
Sanctitas quid ſit. eodem
Sciētia dei quid & quot modis dicitur. 20
Sciētia dei an ſit cauſa futurorū 22
Scientia dei an ſit malorū cauſa. eodem
Scientia dei an augeri poſsit uel minui. eodem
Sciētia, intelligētia, & ſapientia differunt, 56
Secundū, multipliciter ſumitur 50
Sēnſus animi quid. 37
Semper fuiſse deū, quid ſit? 6
Senarius numerus perfectus eſt. 65
Sententia Paſtoris reuerenda eſt. 63
Simplicitas dei tanta eſt, q̄ nulli predicamentorū ſubiicitur. 7
Signa quid ſint. 1
Species non differunt de indiuiduis. 15
Sol quare ſit factus. 34
Spes quid ſit. 54
Spem nō habuit Chriſtus nec mō ſancti hnt. eo
Spirituſ ſancti perſonalis proceſsio. 8
Spirituſ ſanctus proprie appellat Charitas. 8
Spirituſ ſanctus, pprie dicit ſpirituſ ſanctus. eo
Spi.s. patris & filii ſpiritus eſt. eodem
Spi.s. procedit ab utroq̄. eodē
Spi.s. an prius uel plenius procedat a patre q̄ a filio, 9
Spi.s. principaliter dicit a patre, pcedere. eodē
Spi.s. quare nō dicatur genitus uel filius. eodē
Spi.s. an debeat dici ingenitus. eodem
Spi.s. gemina proceſsio eſt. 10
Spi.s. an dari poſsit a uiris ſanctis. eodē
Spi.s. datur a ſe ipſo. 10
Spiritus ſanctus propter naturā creatā in qua apparuit nō dicit, minor patre. q̄uis filius minor eo dicatur. 11
Spi.s. eſt fraterna dilectio. eodem
Spi.s. mittitur ut detur nobis, eodem
Spi.s. nō eſt charitas, 12
Spi.s. dicit donū & donatum. eodem
Spi.s. nō dicitur noſter, ſed bñ noſter ſpūs. 13
Spi.s. omnia quæ ab æterno habet, procedēdo habet. eodem
Spi.s. datus dicit, relatiue & ex tempore. 18
Spi.s. an ad ſeipſum relatiue dicatur. eodem
Spi.s. diſtinctæ dicit benignus. 20
Spūalis creatura multiplex eſt nō ſimplex. 7
Superbia & cupiditas ſunt oīs pctī initiū. 47
Subdiaconi qui ſint, & de eorū officio. 65
Subdiaconorū officio ubi Chriſtus uſus ſit. eo.
Suffragia defunctorū quid proſint. 68

T

TEnebræ animæ quæ dicant, 63
Tentatio diaboli deſcribit, & modus eius. 37
Tentatus homo fuit tribus modis. eo.
Teſtimonia ueteris inſtrumēti de diuina unitate & trinitate. 2
Teſtimonia de duabus perſonis. eodem
Teſtimonia de ſpiritu ſancto. eodem
Teſtimonia noui inſtrumenti de diuina unitate & trinitate. eodē
Terra quare informis dicta ſit. 33
Timor eſt triplex, 56
Trinitas quō per creaturas intelligi pōt. 3
Trinitatis imago quō ſit in anima. eodē
Trinitatis creatæ & increatæ diſsimilitudo. 3
Trinitatis diuinæ unitatē probat. eodem
Trinitatis non eſt multiplicitas ſed ſingularitas, 14
Triū perſonarū qualitas. 13
Triū perſonarū æqualitas. eodem
Trinitas quid eſt, 16
Trinitas tota qualiter eſt pater, & ecōtra. 17
Tranſgreſsionis Ordo. 38
Tuba extremi Iudicij. 68

V

VAna gloria quid ſit. 37
Verba illa, deus, & eſt, in diuerſis locis poſita aliter, & aliter ſignificant, 6
Verbū dei ſapiētia proprie dicitur. 8
Verbum in diuinis quid ſit. 17
Verbi incarnatio. 43
Verbū aſsumpſit ſimul carnē & animā. eodem
Verbū quid aſsumpſit. 49
Verbū ex quo fuit homo, nunq̄ deſijt eſse homo. 53
Veritatem diuinæ eſsentiæ probat. 6
Virtutes principales ſunt quatuor. 55
Virtutes cardinales an in futuro maneant. eo.
Virtutes qualiter ſint connexæ & æquales. 56
Virtutibus an ſit fruendū uel utendum 1
Virtus quid, & de eius merito. 41. & 42
Viſio bonorꝫ & malorꝫ, 69
Vitia principalia ſunt ſeptem, 47
Vita beata ſolū fruimur. 1
Vnitas quare attribuitur patri, 19
Vnitatem diuinæ trinitatis deſcribit, 3
Vnū, dictū de deo quid ſignificet, 15
Vnctiones quot ſunt, 64
Vnctio extrema quid ſit, eo
Vnctio Catecuminorꝫ quid, eo
Vnctio infirmorꝫ, eo
Vnctio extrema an iteretur, eo
Vnctio principalis, eo
Vnctionis ſacramentū quid ſit, & quæ ſit res ſacramenti, 64
Volatilia & natatilia creauit deus ex aquis. 35
Voluntas generādi filiū in diuinis nō p̄ceſsit. 5
Voluntatis dei quidditas. 25
Voluntas dei, plura dicuntur. 26
Voluntas dei eſt prima cauſa omniū ſpecierꝫ & motionum, 28
Voluntas dei pro p̄cepto & cōſilio accipit. eod
Voluntas dei nō pōt caſsari, eo
Voluntas dei an ſemp cōpleat, eo
Voluntas dei ſemp de nobis uel a nobis impletur, 27
Voluntate creaturæ ſemper fit dei uolūtas. eo.
Voluntas quid ſit. 40
Voluntas bona comitat gratiā, eodem
Voluntatis finis quis ſit, 46
Voluntas quomō intelligitur eſse mala, eodem
Voluntas & eius opus idem eſt. 47
Voluntates duæ ſunt in Chriſto. 52
Voluntas hois eſt duplex. eodem
Votum quid ſit & uoti differentiē. 67
Vti quid ſit. 1
Vtunt aliquæ res, quædā fruunt, Aliæ utuntur & fruuntur. 1.
Vtitur deus nobis. eodem
Vtimur nos inuicem. eodem

FINIS.

Laus deo uni & trino.

MARTINVS MYLLIVS CANONICVS Vlmensis, Pio Lectori salutem dicit, & se commendat.

VT tibi magis consuleretur Optime Lector, & ea Theologia quæ abstrusa quibusdam & pene inaccessibilis uidebatur, planior tibi, atq; tractabilior redderetur. Proplasticen hanc Bandini, ex Medlico primũ, & deinde alterã quoq; suo ex Cœnobio Scottorum Vienneñ. Reuereñ. Pater Chelidonius noster, Abbas & Vates meritissimus, protulit, atq; in eam formam quã in manibus habes summa opera contulit. Et quãuis optimo ac peruenusto admodum charactere utraq; scripta erat, & ambæ sint sua uetustate uenerabiles, attñ scriptorꝫ uicio (ut fieri solet) mendosissimæ. Vnde assumpto me secũ in eam operam, a scabris fere omnibus liberauit, suoq; limatulo ingenio, pulcherrimis schematis exornauit, & ut peruetustis authoribus mos erat, perpetuũ stylum, in distinctiones & capita paragraphosq; ubi licuit diffregit, nos quoq; authoritatum loca haud parum multa ad margines utcunq; annotauimus. & ut omni tuo labori parceretur, Indicem quoq; hunc quẽ coram cernis, nõ tam copiosum q̃ compendiosum ad Coronidem apposuimus. Inde est, ut me tibi sponsorem habeas, & immodicos spero mihi accessuros consponsores, si hunc leges, relegesq;, quod in diem feceris, totum te sacræ, & quidem penitissimæ scripturæ campum decurrisse, Cœterum te rogatum uolo, ut cum forte ea in loca ubi erratum est incideris, boni æquiq; consulas, & perpende, nos calcographumq; nostrum a cõmuni omnium mortaliũ lege, ubi errare cõtigit, ereptos esse minime. VALE & de Chelidonio, nobisq;, si hæc placuerint meliora multo sperato. Ex Parætia Scottorum Viennæ, Kalendas Aprilis. Anno. &c. XIX.

Quæ nimis obsunt.



VIENNAE Pannoniæ, Ex ædibus Ioannis Singrenij calcographi, Expensis puidi Lucæ Alantsee omniũ litteratorꝫ parentis. Anno. M.D.XIX. Sexto Nonas Maij.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE